



M



W

V S S V

127

3
1
2

1
11



L. 6. 173

M
H.

Zusammenh. S. 2:

Sunt quae p[er] totum
arguunt

Vniuersalis Causa et p[er] se p[er] se
Vniuersalis Causa hinc in p[er] se ab
vniuers

N. 155

Script. Rom. in Octavo

N. 155

II. 2. 11. 76





A. PER

SII FLACCI SATY
re, obscurissimæ alioqui, lu
culentissima ephrasi simul
& scholijs doctissimi uiri Io
hãnis Murmellij illustratæ.

ADIECTA EST
epistola Hermãni Buschij,
ad intelligentiam Persij
multum conducens.

Colonię, ex edibus Eu-
charij Ceruicorni,
anno 1 5 3 4

CLEOPATRA

Boo la



IOHAN

NES MVRMELLIVS RVRAE-
mundensis Alardo Amstelredamo
suo S.



UPERIORIBVS mēſibus uir
doctiſſime tuas accepi literas ſanē
quā elegantes, unaq; cum eis acce-
ptiſſimum mihi munus, Chriſtiani
principis inſtitutionem, ſaluberri-
mis refertam præceptis, ex Eraſmi laudatiſſima no-
bis officina depromptam, quam utinā principes ſem-
per in manibus haberēt, edicerent, ac uelut pulcher-
riſſimum archetypon imitarentur, quemadmodū Afri-
canus ille Scipio Socraticum Xenophontem nunquā
deponebat, quem & M. Tul. Cicero ſe legendo penē
contriuiſſe gloriatur. Remitto tibi (quo crimē ingra-
titudinis ſi non depellam, at certe differā) meas enar-
ratiunculas in Perſium ſatyrographum, ſubiſiuis (ut
aiunt) horis hac æſtate præter alia quædam compoſi-
tas, in quibus hoc unum maxime ſtudui, relictis gram-
maticorum diſſenſionibus, ueram Perſianæ ſententiæ
medullam ſtudioſis porrigere, & in quantis interdū
uulgares glosſematarij uerſentur erroribus, facere
palam: quod an conſecutus ſim aliqua ex parte, iudi-
cēt eruditi. Diomedis, inquires, permutationem facis,
qui aurea donanti reddidit ærea, uixq; nouem iuuen

cis aestimanda. Sunt hæc mi Alarde (fateor) uilia, neq;
protali tantoq; munere benignitati tuæ repēdenda,
sed nec Glauci stupiditas in te cedit, qui ut es acris in
genij, probatissimisq; diu ac multum philosophiæ stu-
dijs expoliti, munerum scis animum multo esse opti-
mum, magisq; mentem donantis, quàm precium rei quæ
datur aestimandā. Vale, & hoc qualecunq; est munu-
sculum, ut à tui amantissimo profectum, boni cōsule.
decimoseptimo Calendas Nouembris Alcmariæ.

IOHANNES MURMELLIUS

Hermanno Buschio suo.

Siuales, bene est, ego quidem ualeo. Accepi Pasi-
phile suauissime, ex aliquot studiosis hominibus,
te cum isthic Persij satyras nō sine gloria enarrares,
ex uaria & recondita eruditione nonnulla in mediū
protulisse, quæ in peruulgatis commentarijs minime
lectitentur. Quare cum his diebus, ego quoq; (tamet
si non sat idoneus professor) in eūdem Persium sim im-
pacturus, oratū te uelim, ut pro humanitate tua, quæ
uno omnium ore (nec immerito) celebratur, me parti-
cipem facias eorum, quæ uel marte tuo inuēta, uel ex
ueteribus, & fortasse nondum publicatis commenta-
rijs exquisita, nostris studijs non indigna censueris.
Habebis me tibi hoc nomine magis obnoxium: nec isto-
rum quicq; circa honorificam tui mentionem nominis
publicabo. Vale decus nostrum, & Murmellium tui
amantissimum dilige.

a ij

HERMANNVS BVSCHIVS

Pasiphilus Murmellio suo.

OMni ex parte, quas ad me dedisti, literæ tuæ mihi placuerunt Murmelli humanissime, nec erat quod in illis culparem tantillum, præter breuitatem, hæc uero sola mihi displicuit. Nā sicut oratio M. Tullij (ut Secundus inquit) optima fertur ea, quæ est longissima, ita eruditi & bene literati uiri (qualē te esse citra omnem adulationis suspicionem libenter cōfiteor) epistola, mihi multo iucundissima est ea, quæ latissima. At tu fortasse laconismum amas. Sis igitur si quādo alijs scribis, Lacedæmonijs uel (ut Sidonij uerbis dicam) breuior Amyclis: cum autē mihi, ipsis sis loquacior Athenis. Petis à me quasdam meas in Persium enarrationes, quas me hic auditoribus meis dictasse (ut ex tuis literis intelligo) quorundā isthic studiosorum sermo uulgauit, quod in eis fortasse loca quædam illius poetæ, secus quā ab alijs interpretibus, à me explicata putas. In nonnullis sane ab illis (fateor) dissensi, & mihi etiā dissentio, fortasse nō recte. Et ut loca quædam tibi cōmonstrē, iā bicū scæzon illud, quod quasi operis uestibulū adueniētē lectorē statim excipit, cur à poeta appositū, quæue eius argumenti ratio, neminē adhuc uideo explicasse. Alij cum in poetas libidinosos, aut aliās uitiosos inuehi arbitrātur, alij alia quædam, sed nusquā fermè remota erroris nebula suspiciantur. Ego autē dico, proprie denunciationē esse reprehensionis in nobiles Romanos, gloriā doctrinæ ex uitijis suis

is aucupantes. Quid potest dici simplicius? hoc tamen isti grammatici uerbosissimis ambagibus non sunt assecuti. Prima enim satyra Persij, in nobilibus duo precipue damnat: inutiles inquam fabulas, leuitatemque materiae in scribendo, et sordes, illiberalitatemque erga doctos quosque, non poetas modo, uerum alios etiam, ut grammaticos, rhetores, historicos: quam reprehensionem etiam Iuuenalis tota septima satyra peragit. Haec duo igitur uelut propositione praelibatur primum, et quasi ante denunciantur nobilibus hoc scazonte a Persio. Nam per fontem Caballinum, Heliconidas, pallidam Pyrenen, inutilem materiam scriptorum notat: quam propterea (ut dicit) relinquit etiam illis, qui imaginibus et staturis laureatis sibi rem factam esse credebant, per quos sine dubio uellicat nobiles Roma. quae haec insignia uirtutis, sine ulla uirtute impudenter recipiebant, parua quorundam deferentium adulatione. Per reliqua enim, Quis expediuit psittaco suum chere, et quae sequuntur, ad finem usque, taxatur auaritia eorum nobilium et sordes foedissima, quarum instinctu, quidam eorum non contenti fama ingenij, etiam questum inde captabant in decorum, quasi cogente inopia (id quod pauperibus accidit) uenirent ad scribendum: quemadmodum psittaci et auiculae quaedam aliae, coguntur stimulante fame, negatas natura uoces reddere. Teneant Murmelli alij quid uelint hanc sententiam ego teneo. Et ad hanc non friuolis fortasse uestigijs deducor, sed probatissimo ueterum more Romanorum, qui nullam, teste Seruio, artem

esse uoluerunt, quæ non esset aliqua utilis reipublicæ.
Vnde illud Domitij Pisonis celebre dictum: Autores
non oportere libros, sed thesauros componere. Pla-
to quoque poetas & oratores in suis legibus præci-
pit, aut prohibendos à ciuitate, aut cogendos utilia
scribere. Quod Horatius in sua poetica repetens, po-
etæ professionem esse uult, simul & iucunda & ido-
nea dicere uitæ. Cum itaque ipsi nobiles magna ex
parte uitiosi, non uitæ idonea, sed flagitia & labe ui-
tæ ederent, easq; in totam urbem sua autoritate in-
funderet, satyram illis poeta hoc iambico (uelut clas-
sico) comminatus, ob hanc potissimam inquam defe-
ctionem ab egregio illo maiorum instituto, quo utilia
solum dicere & scribere permittebatur, iuxta illud:
Hæc fierent, si testiculi uena ulla paterni Viueret in
nobis? An non & simili modo, ferè dimidium primæ
sue satyræ etiam Iuuenalis in notandis huiusmodi fa-
bulosis, omnium à summo minimoq; poeta, ineptijs, ni-
hil omnino moribus profuturis, imò nocituris consu-
mit? per hoc adstruens non gratia placendi, sed utili-
tate iuuandi oportere ad scribendum accedere. Ut
ergo, is inquit, non per illorum campum flectamus
equos, qui de Theseo, de Thelepho, de Oreste, de Mar-
tis luco, de Aetna, uentisq; Aeolijs, de inferis, Aeaco,
de Iasone & argonautis, de centaurorum pugna cū
Lapithis, cæterisq; id genus meris nugis, uerbosas
composuere fabulas: & per quem magnus equos A-
runcæ flexit alumnus: Quod est, per argumenta &

uestigia illorum uagabor, qui utile & profuturum
aliquid moribus ac reipublicæ fecerunt: Ita hic ipse
Persius noster, eodem nimirum sensu, Heliconidas, in-
quit, pallidamq; Pyrenen, & quicquid non solum de
Parnaso, uerum etiam Troicis amoribusq; heroidum
nugari libuerit: ego diuersa his scripturus, hæc nobi-
libus & diuitibus nostris (tãq; suas urticas) relinquo.
Cuiusmodi etiam non uerentur pro mercede scribe-
re, si usquam spes ipsis dolosi affulserit nummi. Quasi
non habeant sat facultatum per se ipsi ad bene uiuen-
dum, sed impellente angustia rei familiaris ad alia co-
gantur: sicut ferè psittaci & picæ, ob uentris neces-
sitate, uoces humanas (natura sibi negatas) fame diu-
tius tortæ tandem addiscunt & reddunt. Si ita acce-
perimus, apertus erit & constans nimirum sensus to-
tius iambici, neq; quicq; omnino necesse, tot quæstiões
afferre primum, tot postea soluere, uti quidam cū suo
Britannico fecerunt. Quod aut dixi Persium notare
nobiles & diuites quosdã Ro. etiã spe quæstus, nec fa-
me tantum dulcedine, scripsisse, non mirabitur hoc,
nec ridebit omnino, qui leget eosdem apud Iuuenalẽ,
non erubuisse pauperũ sportulas (quod nescio an fœ-
dius adhuc) petere cum ipsis, imò enim uero præripe-
re eisdem solitos, cum inquit:

Da prætori, da deinde tribuno. Et paulo infra:
Sed cum summus honos, finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid facient comites, qbus hinc toga, calceus hinc ẽ,

Et panis fumusq; domi est? densissima centum
Quadrantes lectica petit. Nosti reliqua. Est igitur &
uero nō multū absimile, hunc quē ostendi, sensum esse
huius iambici: illoq; Persiū, uelut manu in primæ suæ
satyræ materiam deducere lectorē, idq; ipsum ordiri
hic, quod in illa mox urget latius atq; pertexit. Et ut
præ cæteris poetæ paucis proponūt in principio de
quo scripturi sunt, deinde propositionē exequuntur:
ita & Persius in hoc proœmio, quod breuiter uelut
prælibat, in proxima statim satyra reponit latius atq;
solicitat. Est ergo quasi satyræ sequētis propositio q̄-
dā (ut supra dixi) hic choliāb^o. Hactenus de prologo
Persiano, nūc uero de prima operis ipsius satyra uide
amus. Hanc in poetas malos scriptā ferē omnes con-
sentiūt. At cur in solos poetas potius illam Persius, q̄
generaliter in quosuis scriptores malos? Quod nō po-
etas mordeat hæc satyra solum, sed etiā prosa oratio-
ne scribentes, uel ille uersiculus abūde arguerit: Scri-
bimus iclusi numeros ille, hic pede liber. Et illud: Fur
es ait Pedio, Pedius quid? crimina rasis librat in anti-
thetis. Ego libere affirmo, nec in poetas, nec pro poe-
tis compositam esse peculiariter hanc satyrā, sed ge-
neraliter in omneis delectationis & inanis gloriæ cau-
sa scribentis, siue iam poetæ fuerint illi, siue nō: plus
dico, siue etiam boni illi fuerint scriptores, siue mali:
hoc est, siue docti siue indocti fuerint, æqualiter eos ar-
ripit hæc censura Persiana, quicūq; animi tantū & oci-
ose delectationis causa magis quàm publicæ utilitatis

gratia ueniunt ad scribendū. Est igitur Persii (ut bre-
uissime dicam) intentio, hac satyra non tam præcipue
poetas reprehēdere, quàm scriptores quoscunq; scri-
bendi munere siue officio abutentis, etiam doctissi-
mos. Quod quia potissimum culpa & socordia nobili-
um fieret, uoluptatem plerūq; pluris quàm uirtutem
facientium, & per hoc reliquum populum passim suo
exemplo corrumpentium, ideo reprehensionis exor-
dium haud temere sumpsit à nobilibus, quorum tan-
to perniciosiora sunt uitia, quanto plureis sui habēt
imitatores. Vnde conuenienter dictum à Cecilio Secū-
do est: In imperio morbum grauissimum esse, qui à ca-
pite descendat. Quod autem nobileis (non poetas pro-
prie) exagitet propter abusum scribendi, singula pe-
ne declarant uerba. Quid enim sibi uult Pulydamas,
& Troiades sui? Quid recitator ille pexus, togaq; re-
centi & natalitia cū sardoniche nitidus, liquido pla-
smate collutus, ocello patranti fractus? Qui deniq; cū
recitationem hanc sardonychati trepidāt, utrum ple-
beij illi, an ingētes Titi? Præterea inter pocula quærē-
tes, quid dia poemata narrent? Cur non humiles aliq;
de plebe quirites, sed Romulidæ saturi? Inter quos hy-
acinthina (nescio q̄s) lena uisendus, & tenero supplā-
tās uerba palato, Phyllidas, & simileis alias id genus
nugas eliquat. Paulo infra hæc, Quid Ilias Acci ebria
ueratro? Quid crudi proceres in lectis citreis scri-
bētes notantur potissimum? Quid uult sibi, Vos o pa-
tritus sanguis? Quid quod Persius monetur, Vide-

at ne maiorum sibi forte, hoc est, nobilium limina fri-
grescant? Post quæ discedens, utrum indignatur, quod
in plebeios, an potius quod in nobiles nihil tale sibi li-
ceat, quale olim Lucilio, qui nõ arripuerit eos modo,
sed etiam genuinum fregerit in illis, hoc est, nimis li-
bera insectatione exarserit? Ostendi iam satis (ut opi-
nor) hanc satyram non in poetas, sed in nobiles ferri.
Restat nunc ostendere reprehensionis caput esse, pec-
cata scribentium, non illa tamẽ compositionis, sed ma-
teria, quam sibi eligant oēs ferè contra bonos mores
& leges maiorũ, eoq; dementia redigant ceteros, ut
nemo iam utilia amplius scribere propterea aut lege-
re curet: Omneis enim placendi causa scribere. Quod
cum ita sit, omnes etiam talia scribere, qualia placere,
& probari uideant, maxime nobilibus. Vnde fiat ut
quotidie malis moribus adstruatur aliquid, contra bo-
nis decedat, culpa & flagitio eorundem, anilibus nu-
gis & fabulis indies autoritate sua precium augen-
tium, nec (ut decebat) solidis et grauibus studijs ullum
meritum honorem deferentium. Quare non ignoran-
tia uitia, nisi obiter, sed uitæ & morum dehonestata-
menta castigare & reprehendere principaliter nunc
in scriptoribus Persium, argumento interim est illud,
quod primo statim uersu, inquit: O curas hominum, o
quantum est in rebus inane. Non quantum est, inquit,
in literis, in syllabis, in uerbis, sed quantum est in rebus
inane. Quis leget hæc? nemo Hercule, nemo? uel duo,
uel nemo. Nec obstat, quod hæc à monitore dici uide-
antur ad Persium. Nam quia tam multa sunt inania in

rebus Romæ, id est, quia passim oīa sunt ibi plena stul-
torū, hinc illud subit, quod nemo hæc, id est, utilia, &
moribus profutura leget. Nam non hoc erat tam ina-
ne, quod Persi⁹ honesta cōponebat, q̄ erat inane, quod
nemo hæc honesta & utilia lecturus erat. Vnde etiam
ipse poeta cōtinuo ex sua persona respōdet, nugæ. quæ
si dicat, nugæ sunt, eo quod nec utilia nec honesta cu-
rātur Romæ, ideo statim talia nō scribere, cū honesta
per seipsa expetēda, & amplectēda sint, non propter
laudē hoīm, quæ seq̄ debet, nō appeti. Vnde seipsum fæ-
tetur qdē nō recusare os populi, sed nō ambire, dicēs:
Non ego cum scribo, si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara avis est, si quid tamen aptius exit,
Laudari metuam: neq; enim mihi cornea fibra est,
Sed recti finemq; extremumq; esse recuso.

Quare & tempestiua hæc ἰπποτυφία siue auiditas
auræ popularis, uel acerrime notatur à Persio, & ue-
lut reliquæ uniuersæ stultitiæ mater deridetur, itaque
exploditur tota propemodū satyra. Cur enim pexus
ille, pulcherq; populo recitans, potissimum incessitur
à Persio? Nonne quia famæ seruit ineptus? Quia scire
suum, nihil putat, nisi se scire hoc sciat alter? Quia di-
gito optat monstrari? Optat cirratorum dictata fie-
ri? Cur iterum ille inter Romulidū pocula, Phyllidas
suas cantillans, præcipue eligitur ad ridiculum? Ideo
sane, quia honestate mouetur, sed laude ducitur ina-
ni, plausu & assentatione capitur futili adulantium,
etiam nūc senex & uetulus ipse. Quod (ut turpissimū

facinus) insectatur merito poeta, sæpius canitiẽ ideo,
& senium appellans atq; increpitans. Hinc illa plena
quidem indignationis: Tunc cū ad canitiem, & Tun²
uctule? & En pallor seniumq; Inde igitur quid nobi-
les (etiam senes & cani) ex huiusmodi rebus tam leui-
bus, tamq; inanibus, adhuc quasi lasciuientes adolescẽ
tuli, laudem & plausum passim captarent, & non po-
tius more maiorum alia grauiora, & digniora se
spectarẽt, poetam sibi scribendæ huius satyræ materi-
am sumpsisse, liquido manifesteq; apparet. His itaque
sic demonstratis, uidelicet nõ poetas, sed communiter
quosuis scriptores, & præcipue nobiles (maximeq; ex
eis senes) taxari à Persio, neq; id tam quod scribãt re-
citẽt ue carmina, seu prosam orationem, quàm quod
materiam, & argumenta horũ inutilia, & sæpius fla-
gitiosa sibi sumant, unde uelut ex capite, quàm pluri-
ma peccata, eaq; indies grauiora, deriuentur in iuue-
tutem, infero & concludo paucis, nihil aliud esse hãc
primam satyram Persii, quàm reprehensionem nobili-
um Romanorum & proprie senũ, studio & ocio scri-
bendi, per turpeis & indignas nugas, ad inanes glo-
riolas, auditorumq; assentatiunculas nequiter abutẽ-
tiũ. Habes Murmelli, tãtũ de prima satyra Persii, &
liminari eius choliãbo, meã sententiã (nã de reliquis mi-
hi scribere, modo nõ uacat) quã si probas gaudeo: sin
improbas, poenitet profecto temeritatis, quod nouo
hoc modo in scenam corã te Roscio literario prodire
non extimuerim. Vale, & ista qualiacunq; tandem ui

debuntur, boni consule. XII. calen. April. Colonia.

A. PERSII FLACCI VITA EX LI-
bro Petri Criniti de poetis latinis tertio.

AV. Persius Volaterris Hetruriæ oppido natus est. Quidam existimarunt Lunæ, quod hoc uideatur insinuari ab ipso Persio. Eusebius certe & grammatici ueteres Volaterranum faciunt. In secundo ordine permansit, ut adnotatum est. Constat eum claruisse iisdem ferme temporibus, quibus Domitius Nero imperium Romanæ urbis suscepit. In grammaticæ præceptorem habuit Rhemnium Palæmonem Vicentinum, qui grauissimas inimicitias dicitur exercuisse cum Marco Varrone: In rhetoricæ Flauium Virginium, si fides adhibeatur grammaticorum commentarijs, qui eundem Persium exposuerunt. Anneum uero Cornutum, qui philosophiæ studio excelluit, magna diligentia, singulari quæ obseruatione coluit, cumque eo familiarissime diu uixit: qua in re mirifice gratulatur Persius sibi ipsi, quod sibi contigerit Cornutum habere præceptorem, optimamque illius disciplinam atque institutionem sequi, ut amice ac libere ad eum scribit: Cumque iter ambiguum est, & uitæ nescius error, Diducit trepidas ramosa in cõpita mētes, Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos Socratico Cornute sinu. Amicos præterea maxime dilexit, Anneum Lucanum, Cæsium Bassum, qui in lyricis carminibus claruit, & Macrinum, quod apte colligitur, cum ipsius Persii uersibus, tum ueterum commentarijs. Probis moribus fuit, & egregia uitæ integritate

te. Quocirca cōtinere se nō potuit quin ipsum quoq;
Neronē, eiusq; iniquissima flagitia liberi⁹ accusaret,
ut qui sub Midæ regis noīe illū irriserit satyrica qua
dā urbanitate, sed admonēte Cornuto carmē immuta
uit. Cōposuit satyras numero sex, præfatus in his mul
tū se laboris atq; diligētia posuisse, neq; se repēte poe
tā prodiisse. Nō desunt, qui scribāt, imperfectū fuisse
hoc opus à Persio relictū. Quod mihi uerisimile uide
tur, propter immaturū illius obitū. Cū publicarētur
Persij satyræ, mirū est, q̄ fuerint iudicio eruditorū ap
probata. Itaq; maiorē laudē atq; ampliorē cōmenda
tionem meruit, q̄ grande illud atque operosum poema
Marsi, quod Amazonidis noīe inscripsit, ut Fabius et
Valeri. Martialis testatur:

Sæpius in libro memoratur Persius uno,

Quàm leuis in tota Marsus Amazonide.

Secutus est in scribendis satyris poetā Luciliū, q̄ acer
rimus fuit in notandis atq; insectandis Romanorū ui
tijijs. Relatū est ab Eusebio, eū periisse, cū nondū trigesi
mum uitæ annū cōpleuisset: quo tempore Nero impe
rator oīm scelerū cumulatisimus, cū cātoribus ac sce
nicis hoībus in theatro decantauit.

DE SATYRA.

Satyra carmē est apud Romanos maledicū, et ad
scarpēda hoīm uitia, archææ comœdiæ caracte
re cōpositū. Archæa comœdia uetus dicitur, ἀρχαία
enim græce, priscus et antiquus interpretatur latine,
de qua Horatius primi sermonū libri satyra quarta:

Eupolis atq; Cratinus ' Aristophanesq; poeta
Atq; alij, quorum comœdia prisca uirorum est,
Siquis erat dignus describi, quod malus aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabāt.

Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus
Mutatis tantum pedibus, numerisq; facetus.
Satyra dicta ē à Satyris deis, quos nō solū proteruos,
sed risores etiā & dicaces fuisse Flaccus ostēdit in ar
te poetica. Horū igitur nasutas irrisiōes, dicacitatē,
mordacitatēq; satyrici poetæ imitantur. Vnde illud:
Sed sum petulanti splene cachinno, & id genus alia nō
pauca.

DE SATYROGRAPHIS

Satyræ latine scriptores quatuor celebrātur, Lu
cilius, Horatius, Persius, & Iuuenalis, tametsi q
dam Turnū nescio quē (nisi quod eius Martialis me
minit) eorum numero accenseant. C. Lucilius satyrarū
libros supra triginta cōposuit, uti Varro & alij gram
matici ostendūt. Eruditio est in eo mira, libertasq; &
acerbitas, & abūde salis. Sed hoīm incuria nullus ho
die Lucilij librorū superest, uersus aut aliquot passim
apud quosdā scriptores reperiuntur. Quintus Hora
tius Flaccus quatuor satyrarū libros scripsit, quorū
duo inscribūtur epistolarū, quasi ad absentes, reliqui
uero duo sermonum, tanq̄ ad præsentes. Quintilianus
præcipuū in satyra dicit hūc ipsum ac purū in primis
& tersum. Quin hoc illi proprium & peculiare fuit,
ut ridenti similis, & quasi dissimulans, improbitatem

ac uitia hoim accusaret, quod ea magis urgeant atq;
afficiant, quæ sensim irrepunt, q̄ quæ aperta fronte
inuadunt. A. Persius Flaccus multū & ueræ gloriæ
quis uno libro meruit, & à diuo Hieronymo satyri-
cus disertissimus nuncupatur: nec immerito, nam &
sanctitate scribendi, & sententiarū grauitate, & uer-
borū pondere, & satyrica urbanitate nulli postponē-
dus esse uidetur. Insectatur uitia, fontes carpit, præ-
ceptis legentiū animos sanctissimis format & imbuit,
quæ nūc eo impensius placiturū pudicis auribus cōfi-
do, quod foediora quædā castos adolefcētes dubiopro-
cul offensa, sunt prouidēter resecta, ita ut iā nullus
anguis in herba, nullus coluber sub frondibus delite-
scat. Decius Iunius Iuuenalis quinq; satyrarū libros
fecit, eruditionis multijugæ refertissimos, q̄ ut est mo-
rū censor optimus, & uitiorū acerrimus insectator,
ita & inter satyricos lectu foret dignissimus, nisi cō-
pluries nefandissima quædā sui seculi flagitia nimis
aperte (ne dicam impudenter) taxando explicaret.

IN PERSII PRÆFATIO-

nem & satyras argumenta.

Commendat ridens alios præfatio uatem.

Nobilium prima mores taxantur inepti.

Carpit auaritiæ mala uota, precesq; secunda.

Tertia desidiā iuuenum, fastusq; lacescit.

In quarta stultus rex, censesq; notantur.

Cornutum laudans aperit penultima seruos.

Vitima perparcum satyra insectatur auarum.

PROLOGVS.

ARGVMENTVM.

Commendat ridens alios, præfatio uatem.

NEc fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnaso
Memini, ut repente sic poeta prodirem.
Heliconidasq; pallidamq; Pyrenen
Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces. ipse semipaganus
Ad sacra uatum carmen offero nostrum.
Quis expediuit psittaco suum χαίρε?
Coruos quis olim concauum salutare,
Picasq; docuit uerba nostra conari?
Magister artis, ingeniq; largitor
Venter, negatas artifex sequi uoces.
Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Coruos poetas, & poetrias picas
Cantare credas Pegaseium melos.

*minima dorer
fames.*

Ecphrasis.

Nec prolui labia mea in fonte Heliconis musis sacro, quæ
Pegasus equus alatus uingula sua dicitur aperuisse: nec me-
mini somniasse in Parnaso, duos vertices habenti, ut prodi-
rem poeta repente, sicut fabulatur quosdam, uisis musis,
mor poetas euasisse. Cedo autem et permitto Heliconidas
et pallidam Pyrenen illis, quorum imagines sunt hederis co-
ronatæ. Ipse uero semirusticus et satyrus, offero carmen no-
strum mordax et satyricum ad sacra uatum, hoc est, in eadē

b

PROLOGVS.

Apollinis, vel musarum, idē nec inanis glorię, nec ventris explendi, nec pecunię gratia, verum vt in moribus corrigēdis reip. profim. Quis enim expedite loq̄ docuit psittacum $\chi\alpha\iota\pi\sigma$, hoc est salue, idē ita expedite, vt ei proprium natiuumq̄ videat̄? Quis docuit coruos olim salutatione vti, quasi ex oris concauo, nō sine raucedine prodeunti? Quis docuit picas exprimere voces humanas? profecto venter doctor artis, et donator ingenii ad imitandas voces, quas illis natura non dedit. Quod si spes nūmi dolosi, id est, pecunię, quę multos falsos fieri coegit, refulserit, tot concurrēt versifices ad poemata componēda, vt facile credat q̄s-
pian coruos poetas, hoc est, raucos, stridulos, ineptos versificatores: et picas poetrias, id.ē, garrulos, loquaces, obstreperos versifices, cantare Pegaseum melos, hoc est, conari, tentare, et suo iudicio canere poeticum, et quidem dulcissimum cantum.

Scholia.

Scazon.

Poetarū
genera
quatuor.

Versus sunt iābici $\sigma\kappa\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\epsilon\varsigma$, id est, claudicantes: habēt enim in fine pro iambo spondeum, qui pes maior est quam sextus in senario perfecto. Differt autē $\sigma\kappa\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\epsilon\varsigma$ a perfecto senario iambico, quod hic in sexta sede spōdeus esse debet, tum in quinta semper iamibus, Cauē dum igitur, ne in q̄nta sede ponatur spōdeus aut aliū, quos integer senarius iambicus in ea suscipit. Bene autem Persius hoc opus iambicis inchoauit, cū Archilochum proprio rabies armauerit iambo: sitq̄ metrum hoc in primis conueniens reprehensio-
nis acerbitati, quod Hipponax et ipse mordacissimus in ver-
sum scazontem infregit de industria, cum inimicos lacera-
re vellet, quo videlicet ferret fortius. Poetarum quatuor
sunt genera, quorum primum est eorum, qui moralis philo-
sophię studiosissimi, virtutes laudibus efferunt, scelera vi-
tuperiis deprimunt, ab his summopere mortales deterrēt,
ad illas maximo studio, totisq̄ viribus adhortātur: nec ali-
ud quicquam sibi querunt, q̄ vt humane societati profint, et
bene de plurimis merendo, superis euadant charissimi. Se-
cundum est eorum, qui inanis glorię cupiditate inflamma-
ti, et dies et noctes id vnum student, vt preclaros poetarum
titulos, et immortalis celebritatem nominis aucupentur. Hi
vt in primis sunt iactabundi, se cū Apolline et musis in He-
licone et Parnaso consuetudinē habuisse non verentur glo-
riari, sibiq̄ statuas cum honorificis inscriptionibus, et lau-
ream ante omnia comparare student. Tertium est eorum,
q̄ ventrē colunt, et ea quę sub ventre sunt, qui potius scur-

P R O L O G V S .

re, lenonesve, quos poetæ sunt vocandi: scurrilia componentes
 et impudica, vel adulatoria carmina, quibus vel a diuitibus
 victum consequantur, vel in sui amorem puellas alliciant,
 Baccho Uenerisque mancipati. Quartum est auarorum, qui
 pecuniæ gratia versus meditantur, et poemata scribunt: e
 quorum numero fuit ille, de quo Flaccus:

Hæstit enim nummum in loculos dimittere, posthac
 Securus, cadat, an recto stet fabula talo.

Horum igitur quatuor generum, vnum tamen, quod primo
 loco posuimus, est probabile, cui se Persius ascribendum mo-
 destissime significat: Ipse semipaganus, inquit, ad sacra
 vatam carnem offero nostrum. Reliqua vero tria in hac præ-
 fatione satyricis caullis aspergit, idque mirabili ironia, quasi
 aliud agens: quo fit ut plerique poetæ nostri sensum minus
 recte percipiant. Inanis enim gloriæ cupidos notat illis versibus:

Nec fonte labra prolui caballino,

Nec in bicipiti somniasse Parnaso

Memini, ut repente sic poeta prodirem,

Heliconidasque pallidasque Pyrenen

Illis relinquo, quorum imagines lambunt Medere sequa-

ces etc. Voluptuarios autem, quorum magister est veter,

taxit illa carminis parte: Quis expediuit psittaco summi

χαιρι? Auaros vero postremis scazontibus insectatur:

Quod si dolosi spes refulserit nummi,

Coruos poetas, et poetriam picas

Cantare credas Pegasus melos.

Reddit item hoc proœmio beneuolum auditorem, cum
 citra arrogantiam se comendat, aliorum increpans ambi-
 tionem, libidinem et auaritiã: docile et attentum, ubi se ait ad-
 vatam sacra carmen offerre suum. (Fonte caballino.) Is
 est, quem in Boeotia volucris equi vngula natum fabulan-
 tur: Græce dicitur ἰπποκρίνη, id est, equi fons, ἰππος enim
 equus, κρίνη fons interpretatur. (Bicipiti) Id est, in duos
 colles surgenti. Parnaso) Parnasus mons Phocidis, Apol-
 lini, Baccho et musis sacer, de quo Naso:

Fons ca-
ballinus.

Parnasus

Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,

Nomine Parnasus, superatque cacumine nubes,

Et Lucanus:

Quantum semotus eoo

Cardine Parnasus, gemino petit æthera colle,

Mons Phœbo Bromioque sacer.

Ut rep. sic poe. prod. Ut Hesiodus et Ennius prodierunt, Hesiodus
 quorum ille dicitur a musis ad Heliconis fontem deductus, Ennius.

P R O L O G V S .

**Heliconi-
des.
Pyrene.** repente factus poeta, hic somniauit Homeri prestantis-
simi vatis animam in corpore suo immigrasse. Heliconidas.)
Heliconides ab Helicone monte sibi consecrato, musae sunt
appellate. Pallidam.) Ad fabulam referendum. Pyrene
enim mulier fuit, quae ex duobus filiis altero amisso, pro
moerore fleuit usque adeo, ut in fontem sui nominis sit con-
uersa. quare iure pallidam dixit. Est autem Pyrene fons
Acrocorinthi, aquas habens perspicuas, potius suauissi-
mas. ob id musis consecratus. Lambunt.) Circundant.

Hedera. Hedere.) Hedere enim Baccho sacris, quem et Apollinem
eundem deum faciunt, poetae coronabantur sicut et laurea.
Verg. Pastores hedera crescentem ornate poetam. Pro-
percius: Mi folia ex hedera porrige Bacche tua.

Juuenalis.

Qui facis in parua sublimia carmina cella,
Ut dignus venias hederis et imagine macra.

Sequax. Sequaces.) Sequax iusto epitheto dicitur hedera, cuius
natura est, ea quibus adheret sequi. Eleganter Lucreti-
us dixit curas sequaces, quae mortalium animos persequi
non desistunt, illo versu: Reuerasque metus hominum, cu-
rasque sequaces. Ipse semper.) Semirusticus, subagrestis,
quales sunt satyri, in agro et sylvis versari ac ludere soliti.

**Semipa-
ganus.** Est autem ironia Socratica, qua dum vitat arrogantiam,
clanculum notat et mordet ambitiosos et gloriabundos ver-
sifices, qui sibi videbantur urbanissimi, longaeque disertissi-
mi, cum nihil praeter inanem iactantiam tenerent. Socra-
tes enim stultitiam imperitorum scire se aliquid opinatum,
differendi lepore mirabili, et acutissima urbanitate agita-
uit atque versavit: Hoc inquit, scio, quod nescio, quo dicto
sophistarum leuitatem sic elusit, ut apud cordatos nihil
illis stultius iudicaretur. Ad sacra vatium.) In eadem Apol-
linis vel musarum, ad quam poetae opera sua deferebant.

**In Persii
quosdam enar-
ratores.** Offero.) Sic in antiquis exemplaribus legitur. Alii legunt
affero. Carmen nostrum.) Versus satyricos a nobis in-
usum reip. conscriptos. Quis expedivit plit.) Miror erudi-
tos quosdam homines tam incircumspecte locum hunc in-
terpretari, tradentes poetam dicere, se necessitate coactum,
lucris spe animum ad carmina scribenda applicuisse, quod
profecto falsissimum est. Quid enim stultius esset, quid ab-
surdius, quid a satyrographi instituto magis alienum, quam
se a ventre et auaritia ad scribendas satyras adactum fa-
teri? Nullus unquam versificatorum usque adeo desipuit,
ut non magis blandiloquentia, quam mordacitate cum diuitibus

P R O L O G V S.

et is qui munera possunt elargiri, putarit agendum. Nec
 Persius noster adeo fuit pauper, ut vnq̄ sibi in animum in-
 duxerit, nobilibus Romanis supparasitari, et ab illis sibi,
 vel coenas ad satiandum ventrem, vel alia munuscula ad
 augendam rem suam comparare. Nouerat enim optime
 vulgariſſimum illud: Obsequium amicos, veritas odium
 parit. Unde dixit ipse: Sed quid opus teneras mordaci ra-
 dere vero Auriculas? Loquitur igitur nunc vel de alijs ver-
 sificatoribus, vel ironicos de seipso, fingens in se esse vitia,
 que sunt in alijs. Mos enim satyricorum est, ut sepiuscule
 sub persona sua corrigere nitantur mores aliorum, et simu-
 lent se is laborare vitijs, a quibus velint illos dehortari.
 Sumus enim fere mortales eo nati ingenio, ut egre nostra,
 libenter aliena carpi vitia, et corrigi errores audiamus.
 Nec obijciat mihi nunc aliquis illud Horatii: Paupertas
 impulit audax Ut versus facerem. Non enim significat se
 paupertate coactum satyras composuisse, sed odas et lyri-
 ca carmina, quibus se in Decoenatis amicitiam insinuauit,
 et per hunc Augusto reconciliauit. Postea factus etate pru-
 dentior, noluit diutius ludicris et assentatorijs carminibus
 operam dare, sed ad satyras scribendas, et moralis philo-
 sophie studium pluribus communicandum se contulit. Un-
 de est illud: Nunc itaq; et versus et cetera ludicra pono.
 Quod verum atq; decens curo, et rogo, et ois in hoc sum. Con-
 do et compono que mox depromere possim. Quis expediuit
 psittaco.) In assentatores fertur et parasitastros, qui ven-
 tris replendi gratia molliculo carmine diuitibus blandun-
 tur. Potest et hoc torqueri in amasios poetas, qui libidinis
 impetu permoti, puellis et meretricibus impuro poemate
 palpantur, nihil non ad earum nutum facientes. (Psittaco.)
 Psittacus grece foeminino genere ψιττακου, avis est Indica,
 viridis toto corpore, torque tantum minato in ceruice di-
 stincta. Imperatores, teste Plinio, salutatur: et que accipit ver-
 ba pronunciat, ut Apuleius libro floridorum .refert: ita
 similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si au-
 dias, hominem putes. cui subscribens Albertus Magnus:
 Amat hec avis, inquit, loqui cum pueris, et ab illis omnis
 avis facilius loqui discit. Vox eius naturalis est, valde
 sonora, et adeo perfecte loquitur, ut si quis non videat
 avem, hominem esse opinetur. Hec Albertus. Aduerhatur
 nunc psittaci prestantissimi ex Lusitania, vicinisq; insulis
 Aethiopicis, vario colore discriminati.

Mos saty-
 ricorum.

Psittacus

Martialis in apophoretis:

b ij

P R O L O G V S.

Psittacus a vobis aliorum nomina discam,
Hoc didici per me dicere, Cæsar aue.

Quidius:

Occidit illa loquax humane vocis imago

Psittacus, extremo munus ab orbe datum.

Chere.
Coruus.

Χαίρει Grece, salve latine. (Coruus.) Coruus avis est nigra, vulgo notissima, docilis et ipsa sermonis humani, quæ rauca voce, et e concauo oris expressa imitatur. Macrobius testis est, coruum a quodam institutum, his verbis Augustum salutasse: Aue Cæsar victor imperator. Miratus Cæsar, officiosam auem viginti millibus nummum emit. Salutatus similiter a psittaco, emi iussit eum. Idem miratus in pica, hanc quoque redemit (picasque.) Caue ne legas picas quæ, contra metri rationem. Pica est avis notissima, varium coloris, partim albi, partim nigri. Hæc mirabili studio, et assidua meditatione verba nostra perdiscit. Itaque reddit absolute, ut vocem si audias, hominem putes. Nec mirum, cum Pieri filie cum musis ausu cætu decertare, in id genus auium sint mutatae. Statius: Et aonio versæ certamine picæ.

Pica.

Martialis in apophoretis:
Pica loquar certa dominum te voce saluto,
Si me non videas, esse negabis auem.

Ingeni.) Pro ingenij. Apocope est. (Venter.) Quemadmodum genera quedam auium veter ad humanas voces imitandas excitat, ita et hominum plerique laborantes egestate, cogunt arte discere et poemata meditari. Verum latenter usque notantur versifices, qui ventris et voluptatis gratia diuitibus adulantur, cum natura sint ad poetice minus idonei.

Greecorum adagium est:

proverbiū

πολλῶν ὁ λιμός γίγνεται διδάσκαλος,

id est, multorum fames est doctrix. Versu sic redditur ab

2 Spar
te.

Erasmo: Fames magistra est artium complurium. Quidius: Ingenium mala sepe mouent. Euripides:

proverbiū

Πενία δὲ τὴν σοφίαν ἔλαχε.

.j. Grov:

Paupertas autem sapietiam sortita est. Vergilius: Labor omnia vincit Improbus, et duris vrgens in rebus egestas. Mimographus: Homine experiri multa paupertas iubet. Claudianus: Prouocet ut segnes animos, rerumque remotas Ingeniosa vias paulatim exploret egestas.

Quod si dolosi.) Inuehitur in auaros qui non ut reip. conferant, sed ut rem priuatam comparatis pecunijs augeant, poemata scribunt, et negligenter quidem, ut qui magis sint rei numerarie, quam musicis et poeticis numeris intenti. Per cor-

P R O L O G V S .

nos nunc accipe raucos et musicis ineptos, nimiumque pecuniae cupidos. Corui enim, teste Alberto, furaces sunt, et amici vulpium. Erat lepidissimus apologus Aesopi, de coruo et vulpe, quae constat coruum minime esse canorum, sed ambitione stulte in cantum prosilire. Per picas intellige garrulos et ambitiosos (quales fuerunt Pieri filiae, cum musis ausu cantu contendere) et ineptos versificatores, qui lucri amore doctioribus cedere dedignantur, pecuniae semper inhiantes. Sunt enim et picae et monedulae cum primis furaces.

Corui.

Picae.

Nummi
dolus.

Dolosi nummi.) Dolosos homines facientis. Phocylides:

Η φιλοκρημοσύνη μητήρ κερκότιτθ' ἀπάσῃς,

Avaritia mater malitiae uniuersae.

Χρυσός ἀεὶ δόλθ' ἐστὶ καὶ ἀργυρθ' ἀνθρώποισιν,

Aurum semper dolus est et argentum hominibus.

Χρυσὸν κερκῶν ἀρχήγυς, βιόφθορε, πέντα χαλιπῶν,

O aurum, malorum princeps, vitiperda, omnia minuens.

Εἶδε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποδηνόρ,

Utinam non mortalibus esses nocumentum amabile.

Σὺ δ' ἐκπιμάχου τε, λιηλαρίου τε, φόνοι τε,

Tua enim culpa, pugnaeque, praedaeque cedensque

Εχθρὰ δὲ ἅ τεκνα γονεῦσιν, ἀδελφεῖτε συναίμοις

Inimici vero filii parentibus, fratresque germanis.

Poetrias.) Poetria, graece ποιητρία est foemina poetices Poetria.

perita. Terentianus:

Continuasse pedes istos in carmine solos

Dicitur haec eadem preclara poetria Sappho.

Britannicus legit poetridas. Est et qui poeticas legit. Sed

vera est haec lectio quam posuimus, et antiquissimi cuiusdam

codicis fide comprobata. Melos, graece μέλθ' . producitur Melos.

autem e, ratione liquida, ut apud Homerum:

Ἰμερόερκον ἄβησε θεὸς δ' ὑπὸ μέλθ' ἄφσει.

Thermolaus Barbarus in Plinianis castigationibus: Porro

verbum melos primam quidem habet correptam, sed et

longam quoque Homero in hymnis, ut illud Persii: Pega-

seium credas melos, etiam defendi possit. aut ita sane le-

gi: Pegaseium melos credas, etiam si nectar quoque in quibus-

dam scriptum est, non melos. Ange. Politianus in Miscel-

laneis, nectar, non melos legendum censet, quia sic in an-

tiquissimo codice scriptum legerit, cui etiam accedit Iucun-

dus Veronensis, qui se in quibusdam Persii antiquis codi-

cibus nectar legisse dicit. Nec est tam improprie dictum, quam

quibusdam videtur, cantare nectar. Hoc enim nomine non

solum potus deorum, sed et immortalitas significatur. Can

Nectar.

A. PERSII

tere igitur pegaseium nectar sibi videntur, qui credunt se canere dulcissima carmina nunquam intermoritura. Licet et sic interpretari: Cantare, id est, cantando representare, pegaseium nectar, hoc est, dulcissimum potum pegaseij fontis, vt postremum primo respondeat, in quo fontis cabalini facta mentio fuit.

IN A. PERSII FLACCI SATYRAM PRIMAM Iohannis Murmellij argumentum.

Nobilium prima mores taxantur inepti.



Curas hominū. o quantum est in rebus inane.
Quis leget hæc? min' tu istud ais? nemo hercule. nemo?

Vel duo, uel nemo. turpe & miserabile. q̄re?
Ne mihi Polydamas &

Troiades Labeonem

Prætulerint. nugæ. non si quid turbida Roma Eleuet, accedas, examenve improbum in illa Castiges trutina, nec te quæsiueris extrâ.

Nam Romæ quis non? ah si fas dicere, sed fas Tunc, cum ad canitiem, & nostrum istud uiuere triste

Aspexi, & nucibus facimus quæcūq; relictis, Cū sapimus patruos, tunc, tūc ignoscite, nolo. Quid faciā? sed sum petulanti splene cachinno.

SATYRA I.

Ecphrasis.

O varias et superfluas mortalium curas. o quanta est in reb⁹ vanitas. Quis leget hæc carmina mea mordacissima? Mihi ne tu ais istud? Nemo hercule. nemo leget hæc? vel duo, vel nemo. Hoc autem est turpe et miserabile, quod scilicet nemo dignabitur hæc lectione. Quare nemo volet hæc legere? Sollicitus sum et timeo. ne Polydamas et Troianæ femine, id est, Nero et effœminati nobiles Romani, prætulerint mihi Labeonem. At nuge sunt. Si quid enim Romanorum multitudo inique iudicantiû deprimat, non est ei assentiendum, nec improba dubitatio ad illius sententiam et iudicium corrigenda, nec hominis virtus extra consciëntiã eius querenda est, quod pleriq³ omnes faciunt. Nam quis nõ affectat popularem laudẽ et gloriã Romæ, cum tñ sit expers verẽ virtutis? Ah vtinam fas sit mihi dicere, et eloqui libere quod sentio. Sed fas esse videt^r tñc, cū asperi ad canitiem, et vitam istam nostrã seueram, et ad ea quecunque facimus, nucibus relictis, hoc est, pueritiã iã transacta, cū sapientia patruos imitamur, tunc, tunc fas esse videt^r libere loqui. Ignoscite vos Romani, si quid liberius in vos dicam. Nolo libere dicendo vos offendere. Quid faciam? nõ libenter vilem vobis mouerem sed sum cachinno petulantisplene, nec possum vestras ineptias non irridere.

Scholia.

Hæc satyra inuehitur in Romanos nobiles ac opulẽtos, maxime senes, quorum carpit ambitionem: nihil aliud studiosius, q̃ vulgaris et indoctę multitudinis applausus, et laudes impudicorum scurriliuinq³ poematum, vel dialogorum recitatione captantium. Taxat et eos qui inter potandum molliusculas poetarũ fabulas vocis lenocinio pronũciant, easq³ supra modum laudãt. Item eos, quicum sint ad scribendos versus ineptissimi, coenarum et munerum largitionibus assentatores sibi comparãt, quorum nugacibus inflati palpationibus, sibi vehementer placet, dũ coram in os laudant, a tergo vero sunt omnibus derisui. Hi ab adulatoribus persuasi, heroica scribere carmina nihil verent, cum ne paruis quidẽ et humilibus rebus describẽdis sint idonei. Præterea carpit antiquarios veterũ verborũ asperitatem nimis amantes. Nec illis parcit, qui in capitalib⁹ criminibus refellẽdis, tantopere laudem affectant, vt in rebus serijs ac grauib⁹ ab argumento suo recedentes, ludere videãtur. Postremo eos insectatur, qui sine matura meditatione versus effutunt molliculos, non ex morali philo

b v

A. P E R S I I.

sophia, sed ex vanis et turpibus de Cybele ac Baccho, id est
genus alijs fabulis ornatum requirentes.

In Persii
quidam enar-
ratores.

O curas hominum.) Exclamatio est satyrica, in varias
hominum et quidem stultissimas curas, et abruptum prin-
cipium indignati aptum. Quis leget haec.) Ut plerisque enar-
ratoribus Persii visum est, fingit sibi amicum adesse, qui cum
eam asperam audisset exclamationem, satyrum rogat, quomodo
tam dura sit lecturus, cum lasciva duntaxat molliaque car-
mina Romanis placeant. At mihi aliorum pace poeta solus
loqui videtur per indignationem et se interrogare, et sibi re-
spondere, et dicta confirmare, et confirmata diluere, et sepe
orationem mutare, et sensus praesatyrice furore varia-
re. Non enim ex adverso loquentem inducit ante illum lo-
cum: Rides, ait, et nimis vncis Naribus indulges. Nec si
ante amicum sibi adesse si vgeret fuit ei dicendum ait, sed ait,
quod grammaticae ratio postulat, sed id glossularum non ani-
maduertunt. Huc etiam spectat id, quod paulo post subiicit:
Quisquis es o, modo quem ex adverso dicere feci. Modo,
id est, paulo ante, non ab initio satyris. Min tu istud ais?)
Sibi ipsi loquitur, antiquissimum commentarum testimonio. Min
per apocopen, pro mine, id est, mihi ne. Mi enim dativus a
mis, pro mihi. Virgil. Et mi genus ab Jove summo. Ne
mihi.) Subaudiendum est, sollicitus sum, et vereor, vel simi-
le quippiam. Nec assentior iis, qui contendunt Ne pro Certe
accipiendum, ut sit affirmantis adverbium. Nam si id ita esset,
poeta non subiunctivi, sed indicatiivi modi verbo fuisset usus.
Subiunctivus enim modus dubitanti magis convenit, in-
dicativus affirmanti. Nec mirandum est, satyrographos
eclipsim, id est, dictionum defectionem sepius usurpare, cum
hoc sit indignationibus peculiare, ut orationem abrumpan-
t, et praesatyrice furore non omnia proloquantur. Polydamas.)
Dorice πολυδάμας per ω magnam scribit, et ita hic prima p-
ducitur. Legitur et recte Polydamas per u, ex homerica
imitatione. Apud Homerum enim est, πολυδάμας, pro πολυδά-
μας, ut apud Maronem, vtilio pro opilio. Apud Homerum li.
Iliados xxij. Hector indignatus magno secum animo:
Hei mihi, inquit, si intra muros me recipiam, primus me po-
lydamas arguet, qui mihi, ut nostros intra moenia reduce-
rem, hac exitiosa, qua in nos Achilles insurrexit, nocte con-
sulebat, cui ego minime obsecutus sum, quod satius profe-
cto fuisset, nunc cum temeritate mea populum amiserim, Troia-
norum Troianarumque longas vestes trahentium conspe-
ctum reformido, ne quis imbecillior dicat Hectorem sua vi

Min.
Mi.

Polyd-
mas.
Polyda-
mas.

SATYRA I.

ribus fretū Troianos prodidisse. Marcus Tullius ad Atticum: Vereor non Pompeium modo, sed Troianos, et ne primus Polydamas me reprehēdat. Per Polydamanta igitur Persius vrbana quadam ironia Neronem significat. Polydamas enim Troianus fuit, et interpretatur multotū domitor, sed et multinuba potest interpretari. Sicut em̄ *δοματω*, vel *δοματω*, significat domo, ita *δομαρ* vxor interpretatur. Undique igitur Polydamantis nomine Nero notatur, qui se originē a Troianis ducere iactitauit, Iliensiusq; maxime fuit studiosus, item timidus et imbellis, nullorum prorsus domitor, sed omnium prauarum libidinum seruus, et nimium luxuriosus ac effœminatus. Troiades.) *Ἰσθμινῆς* Troianę. Viros eorum imperitiam, qui per Troiadas, viros Troianos accipiunt, cum *τρωάς*, pro quo dicitur a poetis *τρωιάς*, foeminam Troianam significet, nec ullū sit nomen patronymicum in as generis masculini. Ignominioso autem nomine Romanos nobiles nimis effœminatos insectatur et proscindit, cum eos Troiadas vocat, nec tamen ab Homero discedit. Labeonem.) Accius Labeo Homerum imitatus, res Troianas carmine complexus ē, ob id Neroni gratus, tamen si poeticę parum doctus. Nuge.) Dicitę quod nihil agant, vana verba, vel res vanę et nullius precij. Eleuet.) Minuat, extenuet. Eleuo significat derogo, et alterius auctoritatem minuo, et verbis ea minoram facio, quę sunt extollenda. Luius: Q. Fabius meas res gestas in Hispania eleuauit, id est, depressit. Examen.) Proprie lingua est, qua trutina regitur. Maro: Iuppiter ipse duas equato examine lances Sustinet. Ponitur pro inquisitione et dubitatione, quę paulo momento velhuc vel illuc impellitur. Dicitur et examē apum. Trutina.) Est foramen in quo examen regitur. Nec te quesiueris extra.) Prouerbiali hoc schemate dictum est: Sis (inquit) recti conscientia contentus, nec popularem spectes opinionem. Cicero in Tuscula. questionibus: Tuo tibi iudicio est vtendum. Nam Romę quis non? Subaudiendum, se extra querit, et ex populari pendet opinione. Ah.) Ita Philippus Beroaldus legit, nō at. Si.) Utinam. Fas.) Subintelligēdum, sit. Nucibus relictis.) Noces relinquere, est omissis studijs ac nugis puerilibus, ad grauiora magisq; seria conuerti. Pueros enim nucibus lusitare nemo non nouit. Cum sapiamus patruos.) id est, postquam abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Solent enim patru-

Troiades
In grāma
tistas.

Labeo.

Nuge.
Eleuo.

Examen.

Trutina.
prouerbiū

prouerbiū

A . P E R S I I .

Splen. seuerius obiurgare nepotes, si quid hi peccauerint. *Horat.*
Ne sis patru' mihi, Id est, ne me castiges. Splene *σπλην*
græce, latine lien. Physici aiunt lienis magnitudine intem-
perantiâ ioci cōstare, hoc est, eos quibus magnus est splen,
propensiores esse in risum. Splene ridemus, felle irascimur,
Cachino. corde sapimus, iecore amamus. *Cachinno.* Dicitur qui
Cachinn⁹ dissolute ridet. *Cachinnus,* immoderatus risus. *Cachinno*
Cachinoz seu *cachinnoz,* immoderate rideo.

Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber
 Grâde aliquid, quod pulmo animæ prælargus
 anhelet.

Scilicet hæc populo pexusq;, togaq; recenti,
 Et natalitia tandem cum sardoniche albus,
 Sede legens celsa, liquido cum plasmate guttur
 Mobile colluerit, patranti fractus ocello.

Hic neq; more probo uideas, neq; uoce serena
 Ingentes trepidare Titos, cū carmina lumbum
 Intran, & tremulo scalpunt ubi intima uersu.
 Tun' uetule auriculis alienis colligis escas?

Auriculis, quibus & dicas cute perditus, ohe,
 Quid didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ se-
 mel intus

Innata est, rupto iecore, exierit caprificus?
 En pallor, seniumq;, o mores, usq; ad eone
 Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter?

Ephrasis.

Nos inclusi in cella scribimus, ille quidem versus, hic
 autem a metri lege solutus scribit magnum quippiam, quod
 pulmo spū abundans, anhelando proferat. Scilicet quā no-
 biliū quispiam pexus, et indutus noua toga, et albus cū sar-
 doniche die natali dono sibi missa, colluēs liquido plasma-
 te mobile guttur, et in lasciniā profusus libidinanti oculo

S A T Y R A I.

recitauerit in eminenti cathedra populo hæc, tunc videre
 possis magnos Romanorum principes libidinose moueri,
 neq; probo more, sed impudicis gestibus, neq; serena voce,
 sed tremula & foeminea, quando carmina recipiuntur lum-
 bis, & posteaq; viscera titillantur molli versu. Tu ne cario-
 se senex carmina componis, vt eis aliorum aures pascant?
 aures inquam quibus etiam tu, qui iam præ senio cutē ami-
 seris, dicas ohe. Quid didicisse prodest, nisi ista sciētia tua,
 quæ vix præ timore, pectore contineri potest, & sterilis ista
 gloriæ cupiditas, que semel innata est in mēte tua, in lucem
 eruperit, pectore tuo patefacto? En pallor! seniumq; o mo-
 res, nunquid vsque adeo scientia tua nihil est, nisi alter sci-
 at per tuam ostentationem te ea præditum esse?

Scholia.

Scribimus inclusi.) Suam personā satyricæ admiscet,
 vt liberius alios carpat, idq; minus egre ferāt. Est autem
 subintelligendū: Ego satyras scribo. Scilicet.) Ironicos
 ponitur. Sic apud Terentium: Id populus curat scilicet. sardonyr.

Cū sardonycæ albus.) Id est, pallidus, sicut et sardonyr
 gemma, qua se ornauit. Hic enim, cū est præpositio, in ver-
 su subsequenti est aduerbiū. Sede legēs celsa colluerit.)
 Hypallage est, pro eo quod est, colluens liquido plasma-
 te mobile guttur, & fractus patranti oculo legerit in celsa
 sede. Colluens autem participium tametsi presentis sit tē-
 poris, præteriti tamē accipiendū est. Plasmate.) Plasma. $\pi\lambda\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha$,
 latine figmentum interpretatur. Plasma etiam dicitur po-
 tio ex dulcioribus quibusdam rebus accommodata. Quin-
 tilianus lib. i. Sit autem in primis lecto virilis, et cum sua
 uitate quadam grauis, & nō quidem prose similis, quia car-
 men est, et se poete canere testantur, non tamen in canticū
 dissoluta, nec plasmate (vt nunc a plerisque fit) effoeminata.

Ingētes Titos.) Ironia est, id ē, Romanos principes ma-
 gnæ autoritatis, & vrbs tutores. Romanorum enim præno-
 men Titus, a tuēdo. Unde & Tituli milites appellati sunt,
 quasi tutuli, quod patriam tuerētur. Ubi.) In quibusdam
 exemplaribus legitur, scalpūtur vt intima versu. Auricu-
 lis.) Repetitio est facta ad maiorem indignatiōem. Ohe.)

Uox est bacchantū. Deo iudicio legendū hic euœ ex græco
 εὐοί, q̄ Dionysi⁹ geograph⁹ vsus ē: εὐοί βάνχε λέγοντες. Et
 Catull⁹: Euœ bacchantes, euœ capita inflectētes. Itē Ho-
 ratius: Euœ recenti mens trepidat metu. Unde quidam
 apud Iuuenalem, non ohe, sed euœ legunt illo versu: Sa-
 tur est, cū dicit Horatius euœ. Quid didicisse.) Eclipsis

Titus.
Tituli.

Ohe.
Euœ.

A . P E R S I I

Fermentum. est, subaudi vel prodest, vel iuuat, aut tale quippiã. Fermentum. A feruendo dictum fermentum est, quoniam feruefactum farinę immistum, optimum panẽ facit. Quemadmodum vero fermentum vi sua farinam disrumpẽs, feruorem suum emittit: sic scientia et doctrina in humano pectore inclusa, exire ac suas ostendere vires cupit. Caprificus.

Caprificus. Ut parietes ac sepulchra caprificus penetrat ac disrumpit, sic in eo qui doctrinam intus conceperit, ea quemadmodum caprificus penetrare, ac iecore tanquam pariete disrupto, exire nititur. Propter similitudinem, fermentum et caprificus ad rerum cognitionem ac scientiam transferuntur. Caprificus esyluestri genere ficus est, nullo vnquã tempore maturescens, sed omnia in quibus nascitur loca vi sua penetrãs, et e muris maxime erumpens. En palloz seniumqz. Suo loco et tempore exclamatione vtitur, cum significatione indignationis atqz doloris. Eum enim indignanter reprehendit, qui cum etiam senio palleat, ita tñ alienum se a bonis moribus ostendat, vt scientiã quę non alijs innotescat, nihil possidenti profuturam existimet. Nisi te scire. Figura est regressio, hoc enim verbum scire, repetitur elegãter. At pulchrũ est digito mōstrari, & dicier, hic est. Ten' cirratorum centum dictata fuisse

Pro nihilo pendas? ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.
Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina
læna est,

Rancidulum quiddam balba de nare locutus,
Phyllidas, Hypsipylas, uatum & plorabile si
quid

Eliquat, & tenero supplantat uerba palato,
Assensere uiri, nunc non cinis ille poetæ
Felix? non leuior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant conuiuæ, nunc non e manibus illis,
Nunc non e tumulo, fortunataqz fauilla,
Nascentur uiolæ?

SATYRA I.

Ecphrasis.

At monstrari digito a prętereuntibus, est pulchrum et honorificum: et dici, hic est ille poeta, est pulchrum ac honestum. an estimes nihil, librum tuum prebuisse materiam, quę magistri pueris frequentissimo dictauerint auditorio? Ecce Romani saturi querunt inter potandum, quid diuina poemata narrent. Aliquis nobilium vestitus hyacinthina lena, locutus in conuiuio molliculum quiddam et puridum denare balbutienti, molliter enunciat fabulas Phyllidis et Hypsipyles, et si quid flebile est a poetis compositum, et supprimit tenero ac effoeminato palato verba. Viri qui hęc audiunt, assensere nobili, fabulas id genus vocis lenocinio recitanti, et nugas eiusmodi pariter approbant. nonne cinis ille poetę, qui sic inter potandum laudatur a nobilibus, est nunc felix? nonne leuior cippus imprimit nunc ossa illius poetę? Conuiuę laudant poetam, cuius poemata recitantur: nonne violę nascentur nunc e manibus illis? nonne e tumulo et fortunata fauilla illius poetę, cuius carmina a nobilibus et principibus Romanis a deo suspiciuntur, probantur, predicantur?

Scholia.

At pulchrum est digito. Ironia est. Irridet enim leuculos inanis glorię captatores. M. Tullius ultimo Tusculanae quaestio. libro: Leuculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferētis muliercule, ut mos in Gręcia ē, insusurrantisque alteri, hic est ille Demosthenes. Martialis: Sed toto legor orbe frequens, et dicitur, hic est. Idē alibi: Rumpitur inuidia, quod turba semper in omni monstramur digito. Ten. Te ne, apocope est. Cirratorum) Pueros cirros habentium. Cirrus capillus contortus et crispatus. Iuuenalis: Flauam cesariem, et madido torquentem cornua cirro. Hinc cirratus, cirros habens. Martialis: Nec matutini cirrata caterua magistri. Ecce inter pocula. Satyrico risu taxat eos, qui inter potandum de scriptis aliorum disputant, et temere quaslibet et ineptas fabulas de rebus turpissimis molliter compositas laudibus efferunt. Romulide) Romani, sed in se ironiam habet, quasi dicat, Romuli minime similes, qui sobrius fuit, et nequaquam temulentus. Saturi. Cibo potuque distenti. Cicero in Tusculana. Quid quod ne mente quidem recte uti possumus, multo cibo et potione completi? Hyacinthina. Rubra, et hyacintho flori psimilis. Est autem hęc vera lectio, testibus Nicolao Perotto, Philippo Beroaldo, Aldo Manutio, tamen Calderinus illū ear

Ten.
Cirrus.
Cirratus.

Romulide.

Hyacinthina.

A. P E R S I I

- psertit super hoc sane q̄ impudenter. Lectio hęc etiam probatur ex antiquis exemplaribus Hieronymi ad Furiam de viduitate seruanda scribentis, vbi hyacinthina lena legit̄. Et sane Persianam elegantiam nō decebit si quis legerit, et ianthina, cum hęc coniunctio, et, turpiter sit redundatura. **Lena.** Gręce χαλινα, paludamentū, vestis, superindumentum. **Phyllis.** Phyllis regina Thracię, quę Demophoontem adamauit, a quo cum se spretam suspicaretur, vitam finiuit suspendio. **hypsipyle** Hypsipylas ὑψιπυλῖα, interpretatur altas portas habēs. hęc filia Thoātis, Lemni regina fuit, varias calamitates experta. Quibusdā placet π̄ verti in suam aspiratam, vt dicat hypsipyle, vt τροπαίωρ trophēū. Eliquat) Molli & liq̄da voce pronūciat. **Supplātat)** Supprimit. **Uiri)** Ironicos, in q̄bus nihil virile est. **Non)** Nonne. **Nūc)** Cū ita laudatur a nobilibus & principibus Romanis. Loquitur autem hęc poeta ironicos, significans inanem applausum, & vanas illas laudationes nihil cōferre mortuo, iurta illud: Post cineres gloria sera venit. **Cippus)** Tumulus. **Cippus.** Cippus est instrumentum ad colligēdos pedes, terra q̄q̄ in tumulum coaggerata. Ponitur p̄ sepulchro. Significat interdum columnam. E manibus illis.) E sepulchro, vbi manes illius quiescunt, ex opinione veterum, animas mortuorum in sepulchris requiescere putantium.

Rides, ait, & nimis uncis

Naribus indulges. an erit qui uelle recuset

Os populi meruisse, & cedro digna locutus

Linquere, nec scombros metuētia carmina nec
thus?

Quisq̄s es o, modo quē ex aduerso dicere feci,
Non ego, cum scribo, si forte quid aptius exit,
Quādo hęc rara auis est, si quid tñ aptius exit,
Laudari metuā. neq̄ em̄ mihi cornea fibra est,
Sed recti finemq̄ extremumq̄ esse recuso
Euge tuū & belle. nam belle hoc excute totū,
Quid non intus habet?

SATYRA I.

Ecphrasis.

Aduersarius aliquis, rides, inquit, et indulges nimis corrugationi narium, ac hominum irrisioni. an quispiam erit, qui recuset velle mereri laudem populi, et locutus carmina cedro cōseruanda, relinquere ea, quę nec scōbros, nec thus metuant, hoc est, quę immortalitatē cōsequantur? Respondet Persius: O quicumq; es, quem induxi paulo ante ex aduerso loquentem: Ego nō metuam laudari, si quid aptius forte exit, cum scribo: quandoquidem hęc rara avis est, tamē non metuam laudari, si quid aptius erit, et scribendo prouenit: neq; enim tam duro sum corde, vt laudis dulcedine non afficiar. Verum nego tuas assentatiunculas esse finem et extremum honesti. Nam si diligenter excusseris, et examinaueris voces istas assentatorias, vanitatis eas et fraudis inuenias plenas.

Scholia.

Ait.) Subaudiendum, aduersarius quispiam. Ex hoc loco conuinci possunt errati, qui ab initio satyrę monitorem inductum contendunt, quod si factum esset, quomodo stet orationis congruitas, viderint illi. Mihi sane videtur non ait, sed ais dicendum Persio fuisse. quod si quis contra exemplarium fidem inconsulte receperit, versus concinnitatem nimio sibilo perturbauerit. Nimis vncis nar.) Nimirum irrides et subsannas nobiles Romanos mollium poematum admiratores, idq; naribus in rugā contractis. Moratus in Ser. Naso suspendis adunco. Cedro digna.) Id est, quę perpetuo seruetur. Libri auctore Vitruuio, oleo cedrino tincti, non timent tineas, nec cariem. Scombro metu.) Chartaceis cucullis salsamenta venditabantur.

In Persio
quidā enar-
ratores.

Scombro

Martialis:

Nec scombris tunicas dabis molestas.

Scombro piscis est, ex quo laudatissimum fiebat garum.

Quisquis es.) Aduersario paulo ante inducto respondet Persius. Ordo est: O quisquis es, quę feci modo dicere ex aduerso. O.) nunc interiectio est admirantis et familiariter reprehendentis aduersarium. Quisquis es.) per contemptum, quasi ad ignotum, id est, qualiscūq; es, albus an ater, equidem haud scio, tamen qualiscūq; es, audi quid tibi respondeam. Hinc arguendus error est eorum, quę Cor- nutum a Persio inductum suspicantur. Modo.) paulo ante, ibi videlicet, Rides ait. Ex aduerso.) E contrario, aduersus me. Rara avis.) Proverbio dicitur res quęuis noua et inuentu perrara. ducta allegoria ab auibus peregrinis

O.

Error q-
rundam.
Rara avis

A. PERSII

e inuistatis, que nonnunquam casu in nostram regionē de
uolant, vel miraculi gratia deponantur. Iuuenalis:
Rara avis in terris, nigroq; simillima cygno.

Fibra.

Cornea.) Dura, ut laudis voluptate nō afficiat. Fibra.)
Precordia in quibus affectionum sedes cōstituitur. Fibra
dicitur rei cuiuslibet extremitas: unde et iecoris et cordis
et cuiuslibet visceris extreme partes fibrę dicunt. Verg. li. 6.
Nec fibris requies datur vlla renatis

Euge.

Recti.) Honesti. Recuso.) Nego, non admitto,
nō concedo. Tuum euge.) Ordo est: Sed recuso tuum eu-
ge, et tuum belle, quo scilicet assentando vteris, esse finem
et extremum recti. Honestum enim non propter laudem et
applausum, sed per seipsum est expetendum. Euge.) Gre-
ce ευγε, ab ευ quod est bene, et γε syllabica adiectione,
interiectio est assentientis, quasi sponte sua cōgratulantis.
Excute.) Evolve, inspice, sumptum a sinu vestis excuti
entibus, in quo res solent recōdi. Quid non intus habet.)
quasi dicat, plenum est fraudis et irrisionis.

Non hic est Ilias Acci

Ebria ueratro, non si qua elegidia crudi

Dictarunt proceres, non quicquid denique le-
ctis

Scribitur in citreis. calidum scis ponere sumē,

Scis comitem horridulū trita donare lacerna:

Et uerum, inquis, amo, uerum mihi dicito, de
me

Qui pote? uis dicam? nugaris, cum tibi calue

Pinguis aqualiculus propēso sesquipede extet.

O lane, à tergo quem nulla ciconia pinxit,

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,

Nec linguæ, quantum sitiat canis Appula tan-
tum.

Vos o patritius sanguis, quos uiuere fas est

Occipiti cæco, posticæ occurrere sannæ)

Quis populi sermo est? quis enim? nisi carmina
molli

Nunc demum numero fluere, ut p̄ leue seueros
Effundat iunctura ungues: scit tendere uersum
Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno,
Siue opus in mores, in luxum, & pr̄adia regū,
Dicere res grandes nostro dat musa poetæ.

Ecphrasis.

Nihil est in hoc opere nostro simile Iliadi Accij Labeo
nis, insani & elleboro ebrū, non elegiaca et molliuscula car
mina hic sunt, si qua principes gulosi, cibo non bene conco
cto, inter potādum dictarunt: deniq; quicquid scribitur in
citreis lectis a diuitibus, non est hic. Scis apponere esuri
enti assentatori calidum sumen, scis donare comitem frigo
re tremulum detricto vestimento, & inquis, cupio audire ve
rum, dicito mihi verum, quis sermo populi est de me? Saty
rica indignatione colloquium inter ambitiosum diuitem, &
indigum assentatorem iam inductum poeta interrūpens.
Quō (inquit) potest is tibi verū dicere, quē muneribus cor
rupisti? Vis ne vt ego potius tibi verum dicam, q̄ assenta
tor? O calue senex, non scribis carmina legi digna, sed nuga
ris, cum pinguis venter emineat tibi protento sesquiped.
Deinde Janum Persius appellat felicem: O Jane, fortuna
tus es, quem nulla irrisio, digitis in similitudinem rostri ci
conie collectis, pungit post tergum, cui nec manus mobi
lis imitata est asininas aures, nec tantum lingue in de
risum exeritur, quantum canis in Apulia sitiendo exerit.
Postea patritios admonet hūc in modum: O vos patritij,
quos viuere sine oculis in occipitio decet, cauete ne a ter
go subsannemini. His interpositis, poeta redit ad institutū
inter diuitem & adulatorem colloquium. Quis sermo popu
li est de me? Respondet assentator: Quis alius sermo de te
esset, nisi carmina fluere nunc demum molli numero, ita vt
apta compositio reiciat per lenozem seueri cēsoris examē.
Populus hęc de te loquitur: Poeta noster nobilis ille vir,
scit tendere et dirigere versum, non aliter quam si dirigat
vno oculo rubricā. Musa dat nostro poetę dicere res gr̄a
des, siue opus scit scribere in mores vulgi, siue in luxum et
conuiuia regum et principum.

A. P E R S I I

Scholia.

- Non est hic Ilias Acci.) Hic nihil simile insanis scri-
 ptis Accij Labeonis reperitur, de quo et suum dictum est.
Ueratrū. Ebrzia.) Hypallage, pro ebrij. Accius enim insanis labo-
 rans, sepius elleborum sumpserat, ut ingenio purgato, me-
 lius scriberet. Ueratro) Ueratrū herbę genus, quod su-
 mebat ad aciem ingenij purgandā. Sreçe dicitur ἐλεβοροϑ.
Elegidiū. Elegidia.) ἐλεγείδιον diminutiuum est ab ἐλεγεία, quo
 vsus est satyrice ad notandam carminum, quę nobiles cō-
 ponebant, vilitatem. Crudi.) Qui cibum superfluum nō
 bñ cōcoxerunt, gulę proceres, et comotationibus assueti,
 qui inter mensas et pocula, nugas effutiunt. Lectis) Le-
Citreus. ctos discubitorios significat, quorum et in Adelpbis Teren-
Sumen. tius meminit. Citreis.) Ex citro arbore Maurusiaca ta-
 ctis, cuius lignū (teste Plinio) in maximo precio fuit. Su-
 men.) A sugēdo dictum, quasi sugimen: nam et mulieris mā-
 mam veteres sumen dici volunt. Nunc autem significat su-
 is mamā. Id autē ex porca primipara fuit apud antiq̄s in
Lacerna. summis delicis. Lacerna.) Ueste. Lacerna genus vestis
 est fimbriatę. Et verum inquis.) Perbellum est Martia-
 lis in octauo libro in Sallicum epigramma:

Dic verum mihi Marce, dic amabo.
 Nil est quod magis audiam libenter:
 Sic et cum recitas tuos libellos,
 Et causam quoties agis clientis,
 Oras Sallice me, rogasq̄ semper,
 Durum est me tibi quod petis negare.
 Vero verius ergo quid sit audi.
 Verum Sallice non libenter audis.

- De me qui pote.) Hęc coniungenda sunt. Quę autem
 parenthesi sunt interposita, poetę sunt indignationis estu-
 feruentis, et ineptissimi diuitis sermonem satyrice interrū-
 pentis. Qui) Quomodo? Terentius: Qui scis ergo istuc, ni-
Qui. si periculum feceris? Horat. Qui fit Mecoenas? Pote.) po-
Pote, tis, subaudiendum, est. Stulte quidam et inscite Priscianū
In Prisc. imitati, pote hoc loco significare dicunt possibile, cum lon-
et quosdā ge diuersa horum sit significatio. Sciēdum igitur, pote me-
Persii tri gratia positum pro potis, quemadmodum et mage po-
glossema- nitur pro magis, cui rei testis idoneus est Diomedes, cui-
tarios. us hęc sunt verba: Item potis est pro potest, ut apud En-
 nium: Qui potis ingentes causas euoluere belli? Vergilius:
 At non Euandrum potis est vis vlla tenere. Nec non po-
 te pro potis crebro dici reperimus, proximo ut exēplo vtar.

Persius ait: Qui pote? vis dicam? nugaris. Et Servius in
decimū Aeneidos commentario: Si magis legamus, pro-
pter metrum dictum est, pro magis: sic etiam pote pro po-
tis, Persius: Qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi calue-
rit. Hec Servius. Quod etiam aliorum exemplis poetarū con-
firmari potest. Catullus: Nec peccatum a me quisquā po-
te dicere quicquid. Idem: Hoc facies, siue id nō pote, siue po-
te. Propertius: Qua pote quisquē, in ea conterat arte diem.
Ennius lib. annali. 15. Sed nec pote quisquē Undiq; niten-
do corpus discerpere ferro. Qui pote? quomodo potest
verum tibi dicere is, qui muneribus a te corruptus assenta-
tur? Vis dicam? Vis ne ut ego Persius tibi verum poti-
dicam, quā adulator muneribus tuis inhians? Nugaris)
Non carmina legi a viris digna, sed nugas cōponis. Cal-
ue.) Caluitio affecte tum ob senium, tum ob luxuriam vitę.
Nam teste Plinio senescunt celerius prepingua. Et conui-
tiose hoc dicit, ut supra vetule. Pinguis aquali.) Tractus
est sensus ex gręco versu:

Γαστήρ παχύτα μή τέχνη λείπην φρένα,

proverbiū

Quem sic, Latinum reddidi: Subtilē obesus alius haud
mentem parit. Uel sic: Nō mens obeso ventre subtilis ve-
nit. Hieronymus Nepotiano: Pinguis venter nō gignit sen-
sum tenuem. Plinius lib. 11. cap. 36. Idem minus solertes, quā-
bus obesissimus venter. Aqualiculus.) Receptaculum est
sordium. Metaphoricos pro ventre accipitur (propenso.)
Extenso ac porrecto. Sesquipede) Uno pede et dimidio.

Aqualicu-
lus.

O Jane a tergo.) Felicem appellat Janum, quod cū bi-
frons sit, a tergo nequeat irrideri. Per Janum autem, quē-
libet virum prudentem significat, qui noxat adultores et
verisores vitare, nec sibi ab eis imponi patiat. A ter-
go.) Post tergū. Ciconia.) Extremis digitis in rostri for-
mam collectis, crebra manus et brachij motatione, ciconię
collum et caput exprimitur in eius infamiam, quem ridem?
Hieron. Rustico: Multo tempore disce quod doceas. Ne
credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus aurem ne libē-
ter accommodes, qui cū te adulationibus fouerint, et quo-
dammodo impotem mentis effecerint, si subito respexeris,
aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari, aut ma-
nu aures agitari asini, aut estuantem canis protendere lin-
guam. Pinsit.) Legitur et pinsat, teste Diomede. Nec
ma.) Ad motis expassarum manuum ad tempora pollicib;
crebro palmarum motu asini aures non sine risu represen-
tatur in eius ludibrium, qui a tergo irridetur. Albas.) Id

Janus.

Ciconia.

A. P E R S I I

est, affinas. q̄ interiori parte albicāt: vel resperit ad ipsas manus albas. Nec lingue.) linguam in quempiam exercere, irrisio est signum. Siciat.) sitiendo exerat Canis.) Canis estu defatigata, multum lingue exercat, maxime in Apulia, vbi calores immensi sunt, vnde eam siticulosam Horatius appellauit. Vos o pat.) Apostrophe est ad nobiles Romanos: Vos (inquit) qui estis patritius sanguis, id est, progenies senatorum, qui non estis bifrontes, nec oculos habetis in occipitio, sicut Janus occurrite irrisio, que a tergo fieri solet, resipiscite, et assentatoribus posthac credere nolite. Occipiti.) Pro occipite, metri gratia. Miros quosdam doctos homines tam esse in enarrandis poetis incircumspectos, vt credāt hic occipiti dandi casum esse, & construant cum verbo occurrite, in sensus peruersionem, cum sit addēdum verbo viuere. Poetę enim nunc i p e ponunt in ablatiuo vel septimo casu tertię declinationis. Horati. lib. car. 1. Mala ducis aui domum: quod enarrans Acron, Aui, inquit, pro aue posuit. Ausonius: Occipiti caluo es: pro occipite. Rursum Vergilius: Gaudet cognomine terra: pro cognomine. Boethius li. consol. 3. Et lōga site perditus: pro siti, nisi dixerimus sitis duplicem esse accusatum sitem & sitim, & duplicem itidem ablatiuum site & siti.

In q̄sdam enarratores Persii

Posticus.
Anticus.
Sanna.

Ad vngue

Posticę.) Postica dicuntur, que post nos sunt, sicut antica, que ante. Sanna.) Sanna est irrisio, que ab occipitio distorto ore & labris cōtractis, sit anteriorum dentium ostē tatione. Quis enim.) Assentator respondet. Ut per leue sene.) Translatio ab ijs est, qui vnguibus lapidum coherē tem iuncturam probant. Marmorarij enim iuncturas marmorum tūc absolutas existimāt, cum vnguis superductus nihil offendit. Hinc ad vnguem facta dicimus, que absolutissima esse putari volumus. Scit tendere.) Verba populi sicut refert assentator. Rubricam diri.) Lignarij fabri, lapidūq̄ sectores rubricata linea opus dirigūt, vnoq̄ oculo eius clauso rectitudinem metiuntur, ne vago ambozum oculoꝝ discursu, norma rectitudinis conturbetur.

Ecce modo heroas sensus afferre uidemus,
Nugari solitos græce, nec ponere lucum
Artifices, nec rus saturum laudare, ubi corbes,
Et focus, & porci, & fumosa Parilia fœno,
Vnde Remus, sulcoq̄ terens dentalia Quinti,

Quem trepida ante boues dictaturam induit
uxor,

Et tua aratra domum lictor tulit. euge poeta.

Est nunc Brysei quem uenosus liber Acci,

Sunt quos Pacuiusq; & uerrucosa moretur

Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Hos monitus pueris patres infundere lippos

Cum uideas, quærisne, unde hæc sartago lo-
quendi

Venerit in linguas? unde istud dedecus, in quo

Trossulus exultat tibi per subsellia leuis?

Ephrasis.

Ecce videmus eos, qui soliti sunt Græcorum more nu-
gari, nec artifices ad lucum describendum, nec ad laudandū
rus copiosum, ubi sunt corbes, et focus, et porci, et palilia, ma-
nipulis foeni incensi fumosa, vñ orti sunt Remus et L. Quin-
tius Cincinnatus, qui agrum suum ipse arauit, quem vxor
eius trepida induit dictaturæ insignia coram bobus, cuius
aratum lictores domum reportarūt, videmus inquā eos
afferre nunc heroicos sensus. Euge poeta. Est nunc aliq̄s
antiquarius, quem asper, durus, et horrid⁹ liber Accij tra-
gici moretur: sunt nōnulli quos Pacuius et aspera tragoe-
dia de Antiopa fulta cor luctificabile ærumnis detineat et
delectet. Cum igitur uideas patres lippos infundere pue-
ris hos monitus, vt asperas Accij et Pacuij tragœdias le-
ctitent, quæris ne, vnde hæc sermonis barbaries venerit in
linguas? vnde istud dedecus, in quo Romanus delicatus,
succulentus et nitidus exultat tibi per subsellia?

Scholia.

Ecce aduerbium est demonstrantis, rem nouam et im-
prouisam designās. Heroas) Heroicos, principale pro de-
riuatione posuit. Palilia) Pales dea est, cui pastoralia sa-
era palilia, quæ et parilia nuncupantur, ad lupos arcēdos,
morbosq; a pecore depellendos, a pastoribus in agris fie-
bāt vndecimo Calendas Maij, quo die Romul⁹ urbē fun-
dauit. Fumosa vero dixit, quod stipulæ ac foeni manipu-

Ecce.

*parilis,
Pales.*

A. PERSII.

- Remus.** los pastores incenderent, vnde fumi ingens copia emanabat. Remus.) frater Romuli. Latenter autem dum aliud agit, nobilium superbiam insectatur, ostendens Romanos ex pastoribus originem ducere, priscosq; illos patres nō mollitie et vite luxu, sed laboribus et virtutibus verā sibi glām cōparasse. **Quintius Cincinnatus.** Quinti.) Quintius Cincinnatus trans Tiberim quatuor iugerum colebat agrum, que prata Quiritia vocantur. Ibi a legatis, seu fossam fodiens, pale innoxus, seu cum araret, operi certe (id quod constat) rustico intentus, salute data, inuicemq; reddita, rogatus vt (quod bene verteret ipsi, reiq; publicę) mādata senatus audiret: admiratus, rogansq; satis ne salua essent omnia, togam repente e tugurio proferre vxorem Rutiliam iubet, qui simul absterfo puluere ac sudore, velatus processit. dictatore eū legati gratulantes cōsalutant, in urbem vocant, qui terrores in exercitu exponunt. Euge poet.) Ironicos cum irrisione clara voce pronuciādum est. Ridet enim, quod cum leuia ignoret, heroicis sensus attigerit. Est nūc Brysei.)
- Bryseus.** eos nunc insectatur, qui priscos poetas vetustate squalētes legunt, semperq; in manibus habent, ac imitant. Brysei.) Bacchici, et per hoc tragici, ne videatur loqui de Accio Labeone, quem supra taxauit. Sunt enim tragici poetę potissimum Bacchi clientes, qui dictus est Bryseus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod est emanare, scaturire, inundare, madefacere.
- Venosus.** Venosus.) Asper, durus, horridus. Vena, quod per eam sanguis veniat, dicta est. Inde venosus homo, qui est venis turgentibus, et prominentibus plenus. Transferuntur autem hęc vt ad alia, ita etiam ad orationem, que tãquam corpus constituitur, quod succum et sanguinem habet, et venas, et ossa, et neros, et carnem, et toros, et robur, et colorem, decoremq;. Utq; corpus hominis macies ossa detegens, et venę nimium extantes et detuberantes deturpant, sic oratio dehonestatur, in qua insunt huiusmodi vitia. Cornelius Tacitus in dialogo de claris autoribus: Oratio autem sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venę, nec ossa numerantur: sed temperatus ac bonus sanguis implet membra, et exurgit toris, ipsos quoque nervos robur tegit, et decorem commendat. Acci.) Accius et Pacuius tragici poetę fuerunt, sententiarum grauitate et pōdere verborum clari, sed stylo minus culto. Unde Martialis asperitatem verborum notans, eos irridet, qui veteribus nimium delectantur: Attonitusq; legis terrarum frugiferarum: Accius et quicquid Pacuiusq; vomunt. Uerrucosa.)
- Accius.**
- Pacuius**

inequalis. Verruca a verrendo dicitur, editus, asperus in mote locus. Dicitur et in corpore humano tuberculum, et caruncula dura et callosa sine pruritu, porrus vulgo dicta. Plinius: Ocyum misto atramento sutorio verrucas tollit. Serenus: Interdum existit turpi verruca papilla. Hinc verrucosum dicimus, quod verrucis est plenum inaequaleque, et diuersas eminentes partes habet. Antiope) filia fuit Nyctei, vxor Lyci Thebanorum regis, quae ex Ioue Zetum et Amphionem peperit. Haec varias erumnas ut fabulatur, experta est. sed his fabulamentis, nobis qui moralia magis precepta querimus, non est immorandum. Aerumna) Aerumna est egritudo laboriosa. Luctificabile) aptum ad luctum inducendum. Hoc vocabulum tragicum est, nisi fallor, et Pacuianum, quo nunc utitur ad id genus irridendum. Dicitur autem luctificum, quod luctum facit. Unde deductum verbum luctifico, a quo luctificabilis. Sartago.) Sartaginem, quae et frixorium dicitur, quia in frixu confusum redit crepitem, pro corrupto ac deprauato loquendi more accepit. Trossulus.) auditor voluptuarius, succosus, et optimus, quem magis pigmenta, flosculi, lenocinia orationis, quam res, quam sensa, quam argumenta commoneant. Trossuli, auctoribus Plinio et Festo Pompei dicuntur equites Romani, ab eo quod oppidum Tuscorum nomine Trossulum sine ullo adiumento peditem cepissent. Trossuli item dicuntur delicatissimi, obesi, succulenti, quorum deus venter est, quasi torosuli, a torosa scilicet carne et aruina. Nonius Marcellus: Trossuli dicti sunt torosuli, quasi habitiores, a torosa scilicet pinguedine. Hieronymus in Iovinianum: Unius tantum philosophi exemplum posui, ut formosuli nostris trossuli, et vix summis pedibus adumbrantes vestigia, imitentur saltem gentiliū paruitatem.

Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere, quoniam trepidum hoc optes audire decenter?
Fur es ait Pedio, Pedius quid? crimina rasis
Librat in antithetis, doctas posuisse figuras
Laudatur. bellum hoc: bellum est? an Romule
ceues?

Men' moueat quippe, & cantet si naufragus,
assem

A. P E R S I I

Protulerim? cantas, cum fracta te in trabe pictū
 Ex humero portes? uerum, nec nocte paratum
 Plorabit, qui me uolet incuruasse querela.

Ecphrasis.

Nulla ne pudore afficeris, te, cum sis accusatus, non
 posse depellere pericula a cano capite tuo. quoniam optes au-
 dire hoc trepidū decēter? Aliq̄s ait Peditio, fur es. Quid Pe-
 di? r̄ndet? Peditio p̄derat et examinat crimina in antithetis
 expolitis, laudat q̄d vsus sit artificiosis figuris. Adulator
 quispiam dicit: hoc est bellum. Quare indignabundus poe-
 ta: hoc cine, inquit, est bellum? O Romane nequaquam Ro-
 muli similis, an inhonesto corporis motu adularis? Quippe
 si naufragus cantet, an moueat me ad misericordiā, ut pro-
 tulerim ei stipem? minime profecto, at eum his uerbis in-
 creparem: Num cantas, cum naufragium in tabula depi-
 ctum ostendas? Qui uolet inflectere lamentis ad opem fe-
 rendam, plorabit uere, et ex corde, nec utetur commentis
 per noctem in lecto excogitatis.

Scholia.

Antithetō Nil ne pudet. Insectatur eos, qui uel in capitali crimi-
 ne refellendo laudis adeo sunt cupidi, ut fere neglectis pe-
 culiaribus causarum argumentis, toti sint in figuris ac ex-
 ornationibus occupati. Trepidum hoc decenter. tremu-
 la uoce ab assentatoribus pronūciatum. Legitur et tepidū,
 id est, inane, minusq̄ validum. Rasis. politis. Antithe-
 tis. figuris. Antitheton dicitur latine contrapositum. Bea-
 tus Augustinus libro de ciuitate dei. ii. cap. 18. Antitheta
 enim quę appellantur, in ornamentis elocutionis sunt de-
 centissima, quę latine appellantur opposita, uel (quod ex-
 pressius dicitur) contraposita. Romule. Satyricę mollē
 et effœminatum Romanum, Romulum uocat, quasi dicat,
 minime Romuli similis, qui uir fuit durissimus, et a delicijs
 muliebribus abhorrens. Ceues hoc est, indecoro motu
 corporis adularis, sumptum a canibus, qui clunes agitan-
 do blandiuntur. Ceuere est clunes mouere. Men moue-
 at. Similitudo est apte concinneq̄ posita. Ait enim, si re-
 um uidero tali uerborum lenocinio se tuentem, perinde ad
 misericordiam cominorabor, ac si naufragū casus suos in
 tabula depictos circumferentem cantare audirem. Cui sic
 cantanti, cum plorare debeat, se assem daturū negat. Pi-
 ctum. Nos erat eorum qui maris periculum euasissent, de

Antithetō

Ceues.

pletum naufragiū in tabella appēsa humeris circumferre,
 vt infortunio cognito ab inspectātibus, naufragiumq; mi-
 serātibus stipem sibi aliquā cōpararent. Iunialis: 32 au-
 fragus assem Dum rogat, z picta se tempestate tuetur.

Sed nūeris decor ē, & iunctura abdita crudis,
 Claudere sic didicit uersum, Berecynthi⁹ Atys,
 Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin,
 Sic costam longo subduximus Apennino.
 Arma uirum, nonne hoc spumosum, & corti-
 ce pingui?

Vt ramale uetus prægrandi subere coctum.
 Quidnam igitur tenerum, & laxa ceruice legē-
 dum est?

Torua Mimalloneis implerunt cornua bōbis,
 Et raptum uitulo caput ablatura superbo
 Bassaris, & lyncem Mænas flexura corymbis,
 Euion ingeminat, reparabilis assonat echo.
 Hæc fierent, si testiculi, uena ulla paterni
 Viueret in nobis? summa delumbe saliuua
 Hoc natat in labris, & in udo est Mænas, &
 Atys,

Nec pluteū cædit, nec demorsos sapit ungues.

Ephrasis.

Sed abditus decor, z occulta quædam verborum ac pe-
 dum compositio est uersibus extemporalibus, quos nobi-
 les sine magno labore effuderunt, quorum quidam sic uer-
 sum finire didicit: Berecynthius Atys, Et qui cæruleum di-
 rimebat Nerea delphin, Sic costam longo subduximus
 Apennino. Aduersarius audiens uersus huiusmodi rideri
 a satyrico ut nimium affectate sonoritatis, et enerues, ue-
 rius sensuum vigoris expertes, Uergilianum carmen ob-
 iiciens, nonne (inquit) et hoc Maronis carmen: Arma ui-
 rumq; cano, et spumosum est, et pingui cortice? Respon-

A. P E R S I I

det Persius: Hoc Vergilianum carmen, est sicut vetus arboris ramus, maturus, et firmus, prægrandi, vel (quod magis placet) vegrandi, id est, minuto cortice. Aduersarius: Quidnam igitur est tenerum ac molle, et recitandum remissiore sono? Respondet Persius: Hi versus teneri sunt, et laxa ceruice pronunciandi: Torua Dimalloneis, et cetera. Quos irridens, nunquid hæc (inquit) mollia et eneruata, et e rebus impudicis carmina fierent, si quid virilitatis maiorum nostrorum viueret in nobis? Hoc molle et effœminatum de Baccho et Cybele, natat extrema salua in labiis nobilium et principum ciuitatis, et Menas et Arys sunt in vdo ore, nec huiusmodi carmen est causa cedendi pluteum, nec representat vngues a poeta cogitabundo demorsos.

Scholia.

**Numeri
crudi.**

**In versifi-
catores
nostrorū
temporū.**

**Versus p-
prius.**

Sed numeris decor. Ironia est. Taxat autem eos, qui ex tempore versus effutientes, tantū sonoritati student, sententiarum pondus negligentes. Vituperandi enim cū primis sunt, qui solum mollibus verbis, et fabulosis nugis lectorum delectare volunt, nec depromptis ex intimo philosophiæ moralis penuario præceptis, iuuare curant. Crudi numeri, dicuntur ex tempore profusi versus, nec matura meditatione decocti. Metaphora est a carnibus crudis, nec ad ignem percoctis. Berecynthius Arys) Irridet versus quosdam Neronis, aut nobilium cuiuspiam nimium molles, et delicatis tantum auribus accommodos, in quibus nihil inest virile, nihil graue, nihil denique philosophicum, sed meræ quis figmenta. Quid si nunc viueret Persius, et e Christianis tot leuissimos versificatores videret, nullum carnem arte maturantes, sed inani studio inconditissima quedam epigrammata effutientes, quæ tum putant optima, cum sint in anibus fabulis et affectatis nugis, vel parum notis aliquot voculis, vel anxie quæsitis, et ad institutam rem parum facientibus, pigmentis fucisque refertissima? In horum ore nihil nisi Pegasides, Bacchus, Cypris, Parnasus, Helicon, Jupiter, Apollo, Mercurius, sphinx, chimæra, et id genus alia centum perstrepunt. Berecynthius Arys.) Desinentia huius nimium mollis est et eneruis. Et qui ceruleum. Hic versus est ex eorum genere, qui proprii ac grammaticis appellantur. Est autem versus proprius, qui in prima regione, quarta et sexta spondeum recipit, vt Immotamque coli dedit et contemnere ventos. Sed hæc nimis anxia in componendis versibus cura, eos emasculat et eneruat. Sic co-

stam longo.) Hoc videtur tractum ex Annibalis historiis. et est teste Quintiliano permolle, cum versus clauditur, *Et E* nino, armamentis, et id genus alijs, ubi quaterne vel quinque syllabę connectuntur. Arma virum, non.) Obiectio est ad uersarij contendentes et Vergilij carmina spumosa esse, et superficie pingui. Spumosum carmen dicitur, quod verbis sonoris aut mollibus compositum, extrinsecus intumescit, sed intus non habet verum vigorem. Sidonius Apollinaris: Summa homini cura de literis, sed maxime religiosis, in quibus eum magis occupat medulla sensuum, quam spuma verborum. Ramale.) ramus. Ouidius: Multifidasque faeces ramaliaque arida tecto. Pegrandi.) Quidam cum Porphyrione legunt uegrandi, id est, paruo et minuto, quod mihi non videtur improbandum. Uegrandis enim dicitur non grandis, paruus, minutus. Est autem veteris rami cortex minutus et recētis et solis calore consumptis superfluis humoribus, decoctus et maturatus. Sic et Vergilij carmina non sunt spumosa, neque turgida, sed intus succulenta, et paruo quidem, sed firmo cortice maturata. Vergilius enim non effudit multa simul carmina, sed pauca post diligentissimam premeditationem condidit. Quintilianus lib. decimo: Vergilium quoque paucissimos die composuisse versus, autor est Varus. Subere.) Suber arbor est glandifera. Ponitur pro cortice hoc loco, et apud Verg. lib. ene. ii. Huic namque libro, et syluestri subere clausam implicat. Coctum.) Auctore Seruio, vocamus aliquid multi temporis. Verg. Telum immane manu valida quod forte gerebat Bellator, solidum nodis, et robore cocto. Potest et hic esse ordo: Carmen Vergilij est coctum, id est, diuturna cura maturatum, ut ramale vetus uegrandi seu uegrandi subere. Laxa ceruice.) Remissiore sono, nec tam erecta voce. Torua Mimallone is.) Hic versus inter teretes reponitur. Dicitur autem teretes, quod volubilem et coherentem continuat dictionem, ut apud Diomedem: Torua Mimalloneis inflatur tibia bobus. Et raptum, Bassaris, Euion.) Hi versus sonori sunt et strepentes. Hęc fierent.) Quasi dicat minime. Si testiculi.) Si quid virilitatis patrię et sanguinis maiorum, qui fortissimi viri fuerunt, in nobis superesset. Delumbe.) Lasciuum minimeque virile. Delumbis homo dicitur mollis et effoeminatus ob nimiam venerem. Hinc delumbe carmen, molle, lasciuum, et enerue. Hoc natat.) Hoc tantum nobilibus in promptu est, ut de Baccho et Cybele lasciuos versus effutiant. Menas.) *Stęce* *Μενάς*, mulier bacchanalia Menas

Spumosum
carmen.

Ramale.

Uegrandis

Suber.

Coctum.

Versus te-
res.

Delumbis.

Menas

A. P E R S I I

celebrans. Menades etiam fuerunt Bacchi comites furibunde. Atyis. Phrygius adolescens formosissimus, quem Cybele mirabili dilexit amore. Nec pluteum cedit. nec est causa cedendi pluteum, nec est accurrate compositum. Sumptum autem est hoc ex Horatio, qui in sermōibus sic ait: Sed ille, Si foret hoc nostrum fato delapsus in eum, Detereret sibi multa, recideret omne, quod ultra perfectū traheretur, et in versu faciēdo Sepe caput scaberet, viuos et roderet unguēs Qui moram stylo, iudiciumque adhibent, in ipso lineę labore irati interdum, aut solícite cogitabundē vel pluteum cedunt, vel unguēs arrodunt, vel caput scabunt. Plutei proprie crates corio crudo tectę sunt, quę militibus opus facientibus, ne ab hostibus ledi possent, opponantur. Postea vero etiam tabule, quibus aliquid presepiretur, eodē noīe dictę sunt, hinc librorum et tabularū, signorūque repositoria, plutei appellāf. Sapit. Representat.

Cogitabū
di hoīs ge
stus.

Plutei.

Sed quid opus teneras mordaci radere uero
Aurículas? uide sis, ne maiorum tibi forte
Limina frigescant. sonat hic de nare canina
Litera: per me equidem sint omnia protinus
alba,

Nil moror, euge: omnes etenim bene mirę cri
tis res.

Hoc iuuat, hic (inquis) ueto quisquam faxit ole
tum.

Pinge duos angues, sacer est pueri locus, extra
Meite: discedo, secuit Lucilius urbem,

Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Omne uaser uicium ridenti Flaccus amico

Tangit, & admissus circum præcordia ludit,

Callidus excusso populum suspendere naso.

Men? mutire nefas? nec clam, nec cum scrobe?
nusquam.

Hic tamen infodiam, uidi, uidi ipse libelle:
 Auriculas asini quis non habet? hoc ego oper-
 tum,
 Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi uendo
 Iliade.

Ephrasis.

Aduersarius Persium interrogat: Sed quid opus est molesta ueritate delicatis nobiliū auribus obstrepere? caue tibi, si vis, ne forte limina potentiorum frigescant tibi mortis horrore. Litera canina r sonat de nare in edibus diuitum. Respondet Persius: Nihil equidem moroz, nec impedio, quantum ad me pertinet, omnia sint continuo candida. Euge. Etenim omnes res eritis mirę bene et laudabiles, hoc est, nihil rerum, quascunque nobiles ediderint, satyrico dente carpam. Hoc te delectat, quod dicā me post hac neminem reprehensurum. Tu inquis, veto ne quis faciat stercus in hoc loco. Pinge igitur duos angues. ut sciamus locū esse numini dicatum. O pueri hic locus est sacer, mingite foris, et hunc ne polluite, discedo istinc, tuasq; poemata tanquam sacra non taxo. At Lucilius satyrogrophus proscidit ciues Romanos, Lupum, Mutium et alios uitiosos, et fregit genuinum dentem in illis. Astutus Horatius tangit amico ridenti omne uitium, et admissus circum precordia, ubi affectionū sedes sunt, illudit et irridet eius scelerata, peritus subsannare naso extorto populum. Ne ne igitur loqui nefas est: an ne clanculum quidem, neq; cū scrobe mihi loqui licet, sicut quondam Mideę tonsori licuit? Ad quod aduersarius respondens: Nusquam inquit, tibi fas est mutire. Persius: Quamuis istuc tibi videatur, tamen infodiam, et inscribam in hoc libello. O libelle, ego ipse uidi, uidi inquam: Complures habent aures asininas. Ego nulla Iliade tibi uendo hoc reconditum, hunc risum meū. hoc quod tibi tam uile, ac nullius precij uidetur.

Scholia.

Teneras auriculas.) Alludit ad id adagium: Auricula infima mollior: et taxat nimiam principum mollitiem, quorum aures blādis assuetę palpationibus, auersantur mordacem ueritatem. Mordaci uero) Terē. in And. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Tertullianus in apologetico: Plane olim, id est, semper ueritas odio est. Hierony-

prouerbiis

A. P E R S I I

mus enarrans illud Apostoli, Ego inimicus vobis sum factus verum dicens, hæc (inquit) conditio est veritatis, vt eã semper inimicitie persequantur, sicut per adulationem perniciosę amicitie comparantur. Libenter enim quod delectat, audimus: et offendit omne quod nolumus. (Uide.)

Uide tertie coniugationis. Tertie coniugationis nunc est, sicut et interdum caue, ab antiquo verbo vido, vnde adhuc remanet diuido: sic in illo Catonis versu: Hoc vide, ne rursus leuitatis crimine damnes. Lumina frigescant.) Imitatur illud Horatii: O puer vt sis Vitalis metuo, et maiorum ne quis amicus Frigor te feriat. Tibi.) In tuam perniciem. Canina litera) Dicitur r, quam canes irati restrictis dentibus ringendo expriment. Unde et irritare Donato deductum est. Lucilius: Irritata canis quod r quamplurima dicat. Euge. omnes bene mire eritis res.) Assentientis prope, et quasi sponte sua cõgratulantis, qd omnes bene res se habebunt. si satyra scribenda supersederit. Totum vero per ironiam cum risu legendum est. Nam tacite eum ridens, omnia mortalium vitia se notaturum significat. Hoc inuat.) Si probe mores tuos perpendo, neminem reprehendi te delectat. Hic, inquis.) Allegoria est, id est, prohibeo ne quis poemata mea notis contaminet. Oletum.) Stercus est humanum. Ueranius: Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum. (Pinge duos angues.) Pinge aliquod signũ, quo monear a quibus mihi sit abstinendum. Ueteres quibus in locis oletum fieri nolebant, angues tanquam locigenium depingebant, quo signo perspecto, inde metu pueri discedebant: per quam similitudinem pollicetur, si sibi ostenderit, a quibus abstinendum sit, non in eum quippiam se scripturum, sed illinc tanquam e loco quodam vetito discessurum.

Lupus. Mutius. Te Lupe, te Muti.) Lupus et Muti? Albutius infames fuerunt tempore Lucilij, quos satyrico dente laceravit. Et genuinum.) Qui alios carpunt, dentem genuinũ agitare dicuntur. Hieronymus: In plerisque prouincijs familiaris est, vt genuino dente se lacerent. Idem: Possum respondere, si velim, possum genuinum leſus infigere. In hominis ore quaterni ordines dentium sunt, quorum primi lati et acuti, et quibus primo morsus affigitur, primores dicuntur. Post hos rotundi aliquatenus, et in serrę modum acuti, canini vocantur. Qui hos loco tertio subsequuntur duplices, ac cibum conficientes, molares appellantur. Ultimi omnium genuini sunt, qui sero gigni solent, sic dicti, quod a genis dependeant. Uafer.) Astutus. Pręcordia.) Ex

Quater ni ordines dentium. Primores Canini Genuini Pręcordia

ta homini ab inferiori viscerum parte separantur membra-
 nis, quæ præcordia vocantur, quia cordi prætenduntur. In
 his præcipua est sedes hilaritatis, quod in titillatu maxime
 alarum intelligitur, non alibi tenuiore cute humana, ob quod
 maxima illa dulcedo scribendi est. Cuius rei Persius non
 ignarus, a lectoribus admissum Horatium circa præcordia
 ludere, et eos quasi titillare significat. Quod sane ad Ho-
 ratianos sales referendum est. Suspendere naso.) Re-
 prehendere, irridere, subsannare. Horat. Naso suspendis
 adunco. Mutire.) Loqui. Ennius: Palam mutire homini
 plebeio piaculum est. Terentius: Nihil iam mutire audeo.
 Nec cum scrobe.) Alludit ad fabulam Mide regis Phry-
 giæ, cui p hocbus quod stolide Panem canentem sibi præta-
 lisset, asininas affixit auriculas. Quas cum diu mitra occu-
 lisset, tandem a tonsore animaduersum est: qui cum nec re-
 ticere visum posset, nec prodere cuiquam auderet, in agrum
 secessit, scrobeinque effodit, ac capite in eo demisso, tenui vo-
 cula retulit, quales Mide aures aspexisset. Nō multo post,
 cum arundines ibi natæ leui aura motarentur, eadem ver-
 ba quæ tonsor regius scrobi dixerat, referebāt, hoc est: Au-
 riculas asini Mida rex habet, quo modo præmū poeta scri-
 psit. Sed postea monente Cornuto, metu Cæsaris scriptu-
 ram mutauit.

Suspende
 re naso.
 Mutire.
 Mide fa-
 bula.

Audaci quicumque afflate Cratino
 Iratum Eupolidem prægrandi cum sene palles,
 Aspice & hæc, si forte aliquid decoctius audis,
 Vnde uaporata lector mihi ferueat aure.
 Nō hic qui in crepidas Graiorum ludere gestis
 Sordidus, & lusco qui possit dicere, lusce,
 Sese aliquem credens, Italo quæ honore supinus
 Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.
 Nec qui abaco numeros, & secto in puluere
 metas
 Scit risisse uaser, multum gaudere paratus,
 Si cynico barbam petulans Nonaria uellat.

d

A. P E R S I I

His mane edictum, post prādia Calliroen do,

Ecphrasis.

Quicumque afflatus audaci Cratino palles, extimescis, ad pallorem vsque didicisti Eupolidem vehementi ira in hominum vitia inuictum, et Aristophanem, aspice etiā has satyras meas, si forte audis aliquid decoctius et perfectius, ex quo lector quodam feruore mihi concilietur, et animo ardenti atque cupiditate summa legat me, cuius rei sit indicium auris inflammata, et velut feruore ipsius operis perfusa. Lector inquam, non is qui vitis inquinatus gestit irridere philosophos, quibus fortuita corporis vitia libenter hominibus exprobrat, seipsum magne autoritatis existimans, quod edilis superbus et elatus Italico magistratu, fregerit iniustas mensuras in quouis municipio. Nec ille, qui vafer nouit irridere numeros in tabella mathematica (quem abacum vocant) et figuras in puluisculo diuiso descriptas, paratus gaudere vehementer, si procaz meretricula philosopho barbam vellat. His enim non huius libellilectionem, sed mane iuris ciuilibus administrationem, post prandium vero quamlibet meretricem permitto, cum virtutem contemnant, neque spes sit eorum honestatis.

Scholia.

Cratinus
Eupolis.
Aristo-
phanes.

Crepis.
Crepida.

Afflate.) pro afflatus, antiprosis est, vt alibi trabeate pro trabeatus. Cratino.) Cratinus, Eupolis, et Aristophanes, antiquę comedię precipui auctores, hominum vitia maxima libertate notauerunt, quos latini satyrographi diligenter imitati sunt. Decoctius.) Perfectius. Contrarium est ei quod supra dixit numeris crudis. Uapozata.) Perstat eleganter in metaphora a carnibus igni elixis sumpta. Crepidas.) κρηπίς id est grece, latine crepida et crepidula, prima syllaba correpta, teste Sello, gen⁹ est calcamenti, quo peculiariter vsi sunt philosophi. Horatius serm. li. i. Sapiens crepidas sibi nunquam, Nec soleas fecit. Catullus: Culos et crepidas lingere carbatinas. Ubi animaduertendum latinos poetas libere descivisse a Grecis primam cum secunda producentibus, quod et in compositis alijs factum dictionibus videmus. A crepida fit crepidarius. Sempzonius Asellio in lib. rerū gestarū quartodecimo: Crepidarium cultellum rogavit a crepidario futoze. Sese aliquem.) Legitur etiam, aliquid, nec minus

eleganter. Meminas.) Memina mensurę genus est, dimidium sextarii continens. Areti.) Aretij, et ponitur aduerbialiter. Est autem Aretium oppidum Tuscię. Aedilis.) Aediles inter alia officia præerant mensuris corrigendis. Nonaria.) Meretrix que in lupanari post nonam horam prostabat. Calliroen.) Vel est proprium nomen meretricis, vel fontem significat, vt natatione accipiamus. Est enim Calliroe fons apud Athenas, et interpretat pulchre fluens.

A R G V M E N T V M.

Carpit auaritię mala uota precesq; secunda.

S A T Y R A II.

HVnc Macrine diem numeram meliore lapillo,
 Qui tibi labentes apponit candidus annos.
 Funde merum Genio: non tu prece poscis emaci,
 Quę nisi seductis nequeas committere diuis.
 At bona pars procerum tacita libabit acerra.
 Haud cuiuis promptum est murmurq; humilesq;
 susurros
 Tollere de templis, & aperto uiuere uoto.
 Mens bona, fama, fides, hæc clare, & ut audiat
 hospes:
 Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat,
 o si
 Ebullet patruum præclarum funus, & o si
 Sub raastro crepet argenti mihi seria dextro
 Hercule: pupillumve utinam, quem proximus
 hæres

A. P E R S I I.

Impello , expungam: nam & est scabiosus, &
acri

Bile tumet. Nerio iam tertia ducitur uxor.
Hæc sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mer-
gis

Mane caput bis, terq; , & noctem flumine pur-
gas.

Ephrasis.

Macrine signa meliore lapillo diem istum natalem, qui
felix apponit tibi annos celeriter prætereûtes Funde me-
rum Senio tuo. Non enim tu (quod plerique faciunt) petis
a superis precibus et muneribus ea, que non ausis commit-
tere ipsis diuis nisi secretis. At pleriq; principû taciti thur-
re sacrificabunt. Non quilibet facile potest auferre de tem-
plis et murmur, et humiles susurros, ac viuere aperto vo-
to. Hæc precabundus quispiam clara voce, et ita vt hospes
audiat, profert: Bona mens, bona fama, et fides sint mihi.
Illa vero loquitur introsum sibi, et immurmurat sub lin-
gua: Utinam præclarum fanus patruï ebullet, exeat, et eua-
nescat: et utinam vas argenti crepet mihi sub raastro, Mer-
cule fauente: vel utinam nomine meo substituto in tabula
testamentaria, expungatur per eius mortem nomen pupil-
li, quem insequor heres proximus: nam est scabiosus, et in-
tumescit noxia bile. Tertia vxor effertur iam Nerio ad se-
pulchrum. Conuertitur iam satyroglyphus in eiusmodi præ-
cibus vtentem non sine satyrico risu: Tu quisquis huiusmo-
di preces numinibus insusurras, immergis mane caput tu-
um sepius in Tiberim, et abluis noctu pollutione flumine,
vt poscas hæc superos sancte, pure, et incorrupte.

Scholia.

Hæc satyra carpit impia mortalium vota, stultis preci-
bus et muneribus scelestis nefariisq; a superis petentium:
qui non preciosis donis, sed animi sinceritate, et integris
moribus capiuntur. Meliore lapillo. Thracas, teste Plin-
nio, dies infaustos nigro calculo, faustos albo notabant.
Hinc Horatius: Thressa ne careat pulchra dies nota: tam-
etsi plerisque legatur Cressa, quod librariorum culpa non
dubitamus accidisse. Senio.) Nature deus humane Se-
nius est, cui natali die sacrificatur. Horatius in epist. lib. 2.

Loc⁹ Ho-
rat. resti-
tutus.

Senius.

Cellurem porco, Sylvanum lacte piabant, Floribus et vi-
 no Senium memorem brevis eui. (prece emaci.) Cū mu-
 neribus coniuncta. Emar, qui frequenter emit. Uendar, q̄ Emar;
 frequenter venditat. Cato de rustica: Patrem familias ven- Uendar;
 dacem, non emacem esse oportet, Acerra.) Uas est aptū Acerra.
 thuri reponēdo. Ouidius: Nec quę de parua pauper dūis
 libat acerra Thura, minus grandi quam data lance iuuant.
 (Haud cuius promptum est.) Seneca in epi. Tu autem
 tunc scito te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo per-
 ueneris, ut nihil petas quod palam rogare non possis. Nūc
 enim quanta demētia est hominum? Turpissima vota dūis
 infusurrant. Si quis admouerit aures, conticescunt, et q̄
 scire hominem nolunt, deo narrant. Uide ergo an hoc salu-
 briter precipi possit: Sic uine cum hominibus, tāquam de-
 us videat. Sic loquere cum deo, tanquam homines audi-
 ant. Ebullet.) Ad bulle similitudinem exeat. Allusit autē
 ad uetus adagiū: Homo bulla. Seria.) Uas fictile. De-
 xtro.) Fausto et fauente. Hercule.) Hercules deus lucri
 et thesauri creditur. Horatius in serm. O si vnam argenti
 fors quę mihi monstret, ut illi Thesauro inuento, qui mer-
 cenarius agrum. Illum ipsum mercatus arauit, diues ami-
 co Hercule. Expungam.) Deleam. Fontius autem legit
 expingam, ut sit ab ex et pango, id est, per mortem extru-
 dam atq; amoueam. Nam et.) More veterum, m, cum sua
 vocali nō eliditur. Sunt tamē qui legūt nanq;. Nerio.)
 Nomen foeneratoris est apud Horatium in serm. Et no-
 ctem flu. pur.) Simile est illud Propertij: Ac primum pura
 somnum tibi discute lymphā. Et Tibulli: Casta placent su-
 peris, pura cum veste venite. Et manibus puris sumite fon-
 tis aquam. Antiqui enim aque aspersione castimoniam cor-
 poris se custodire existimabant, ablutis sordibus, ut docet
 Cicero in primo de legib.

prouerbis
 Seria.
 Hercules

Nerius.

Heus age, responde, minimum est quod scire
 laboro

De loue quid sentis? est ne ut præponere cures
 Hūc cuiquam? cui nam? uis Staio? an scilicet hæ-
 res?

Quis potior iudex, pueris ue quis aptior orbis?
 Hoc igitur, q̄ tu louis aurem impellere tentas,

d ij

A° P E R S I I

Dic agetum Staio: proh Iuppiter, o bone clamet

Iuppiter, ad sese non clamet Iuppiter ipse?
 Ignouisse putas, quia cum tonat, oc yus ilex
 Sulfure discutitur sacro, quàm tuq; domusq;
 An quia non fibris ouium, Ergennaq; iubente
 Triste iaces lucis euitandumq; bidental,
 Idcirco stolidam præbet tibi uellere barbam
 Iuppiter: aut quidnam est qua tu mercede deo-
 rum

Emeris auriculas: pulmone & lactibus unctis?

Ephrasis.

Meus age responde mihi, id enim quod scire laboro, est minimū. Quid existimas de Ioue? Est ne talis, ut cures præferre eum cupiam mortalium? Cuinam? Vis ne illum præponere Staio? An scilicet dubitas, sit ne Jupiter Staio præferendus? Uter horū est melior iudex? vel quis est aptior tutor pupillis? Jupiter ne an Staius? Ergo si Jupiter tibi melior Staio videtur, age dic Staio hoc, quo tu tētas impellere aurē Iouis. Si dicas id Staio, is cōtinuo clamet: Proh Jupiter, o bone Jupiter, qd est quod audio? An Jupiter ipse non clamet ad sese, cum audiat indignatissima mortalium vota? Nū putas eum dedisse tibi veniā? quia quando tonat, citius ilex fulmine discutitur, quam et tu et domus tua? An idcirco Jupiter concedit tibi, ut velas ei barbam, tanquam stolido, hoc est, ut summo eum ludibrio habeas, quia non iaces in lucis triste & euitandū bidental, fibris ouium id significantibus, et Ergenna aruspice iubente? Aut quid mercedis est, qua tu emeris, et conciliaueris tibi deorum aures? nunquid pulmone et pinguib⁹ intestinis tibi eorum fauorem comparasti?

Scholia.

Staius. Cuinam.) Vel est poetę interrogatiuncula, vel auari, ut querat: Cuinam petis a me Iouem præponi? Staio. Nomen hoc est hominis infamatissimi, qui per auaritiā multa iniquissime iudicant, multos veneno sustulit. Er-

Ergenna.) Nomen aruspicias et fulgurum cōditoris. *Biden* *Ergenna*
tal) Id quod fulmine ictum est, eo quod bidenti solebat ex *Bidental.*
piari. Uellere barbam.) Proverbialiter dicitur, quo sum *proverbia*
 mum contemptum, ac ludibrium significamus. *Supra:* Si
 cynico barbam petulans Nonaria vellat. *Horati.* in *serm.*
Uellunt tibi barbam Lasciui pueri. Quidnam est qua tu
 mer. &c.) *Notanda constructio.* Est enim sensus: Quidnā
 mercedis est in qua tu emeris deorū auriculas? seu quēnā
 est ea merces? q̄ & cetera. *Merces* autē p̄ precio posita est. *Merces*

Ecce auia, aut metuens diuum matertera, cunis
 Exemit puerum, frontemq̄, atq̄ uda labella
 Infami digito, & lustralibus ante saliuis
 Expiat, urentes oculos inhibere perita.
 Tunc manibus quatit, & spem macram suppli-
 ce uoto

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in
 ædes:

Hunc optent generum rex & regina, puellæ
 Hunc rapiant. quicquid calcauerit hic, rosa
 fiat.

Ast ego nutrici non mando uota. negato
 Iuppiter hæc illi, quamuis te albata rogarit.

Ecpheasis

Ecce vel auia, vel matertera metuens deorum exemit
 infantulum cunis, & expiat ante impudico digito, ac saluis
 expiatorijs frontem eius, atque uda labella, perita remedi
 is occurrere fascinatorijs oculis. Deinde quatit manibus
 suis eundem infantem, & mittit supplice uoto spem tenuem
 nunc in campos Licini, nunc in ædes Crassi, optans ut pu
 er eorum fiat heres. Utinam rex et regina optent sibi hūc
 generum, utinam puellæ rapiāt hunc, utinam quicquid hic
 calcauerit, fiat rosa. Sed ego non mando huiusmodi uota
 nutrici. O Iuppiter, ne concedito illi hæc, quamuis albis ve
 stibus induta te rogauerit.

¶ iiij

A. PERSII

Scholia

Infamis Irridet vanas muliercularum superstitiones, et vota cū
digitus. primis inania. Infami digito.) Infamem digitum vocat
Digitorū medium, qui Martiali dicitur impudicus: Ostendit digitū,
nomina. sed impudicum. Quinque digiti manus sunt, quorum cras-
Pollex. sissimus a ceterisq; sciunctus, seq; obuium reliquis cum
Salutaris vult prebens, tāquam rector omnium ac moderator, pollex
index nomen accepit, quoniam vi et potestate inter ceteros pol-
Impudic⁹ leat. Secundus et salutaris, et index dicitur, quod eo tum
Infamis. salutamus tum indicamus. Medius digitus, impudicus at
Anularis que infamis iure cognominatur. Cum enim lōgitudine pul-
Medicus chitudineq; ceteris antecellat, aliorum tamen egens au-
Minimus xilio, parum valet. Qua similitudine veteres ducti, eū ho-
Auricula minē, qui ceteris famosior esset, hoc digito ignominie cau-
ris. sa demōstrabant. Hunc sequitur anularis sic dictus, quod
in eo anulus geritur. Idem et medicus dicitur, quod eo
trita collyria a medicis colliguntur. Quintus minimus ap-
pellatur, et auricularis, quod eo aurē scalpinus Sali-
uis.) Salina a saliendo dicta est, quoniam in ore saliat at-
que crescat. Urentes.) Fascinatorios. Spem macram.)
Non quia spes petētis foemine macra sit, sed quia vel vo-
to postea non fruatur, vel quia futura omnia incerta sint.
Nihil autem infantis expectatione incertius. Licinus et
Crassus p̄dinites fuerunt, quorum opes erant cum pri-
mis fanugeratę. Ast ego n.) Irridet stultissima vota muli-
ercularum, quę sapiens omnino nollet effectum consequi,
cum magis sint obfutura si exaudiantur, q̄ profutura.

Poscis opem neruis, corpusq; fidele senectæ,
Esto age: sed grandes patinæ, tucetaq; crassa
Annuere his superos uetere, loquemq; moran-
tur.

Rem struere exoptas cæso boue, Mercuriumq;
Accerfis fibra: da fortunare penates,
Da pecus, & gregibus foetum. quo pessime pa-
cto,
Tot tibi cum in flammis iunicum omēta lique-
scant?

Attamen hic extis, & opimo uincere farto
 Intendit: iam crescit ager, iam crescit ouile,
 Iam dabitur, iam iam, donec deceptus et expes
 Nequiquam fundo suspiret nummus in imo.
 Si tibi crateras argenti, incusaq; pingui
 Auro dona feram, sudas, & pectore læuo
 Excutias guttas, lætari prætrepidum cor.
 Hinc illud subiit, auro sacras quod ouato
 Perducis facies: nam fratres inter ahenos
 Somnia pituitæ qui purgatissima mittunt,
 Præcipui sunt, sitq; illis aurea barba.
 Aurum uasa Numæ, Saturniaq; impulit æra,
 Vestalesq; urnas, & Tuscum fictile mutat.

Ephrasis.

Petis opem neruis, & corpus firmum, fideleq; senectus
 ti: Esto age, verum immodicę comedationes et crassa qui-
 bus vesceris, farcinina non sinunt superos votis tuis an-
 nuere, moranturq; Jovem, ne tibi succurrat. Cupis diuiti-
 as congerere boue mactato, et inuocas Mercurium sacrifi-
 cio: Da feliciter augere rem familiarē, da pecus, et da gre-
 gibus foetum. O pessime homo, quo modo dabitur tibi id
 quod optas, cum tot tauri immolentur a te et comburan-
 tur? Attamen hic auarus et superstitiosus perseverat sacri-
 ficādo votorum compos euadere. Jam crescit ager, ut spe-
 rat: iam grex augetur, iam quod cupit, dabitur ei a superis,
 iam iam sine dilatione, donec nummus, qui e plurimis vnus
 est reliquus, deceptus, et spe sua destitutus, frustra suspiret
 in infima parte arce, quod solus sit relictus, nec ad se socii
 cum foenore reuertantur. Si tibi adferam argentea pocu-
 la et dona bene deaurata, sudas præ lætitia, et emittas gut-
 tas e sinistra pectoris parte, vbi cordis sedes est, et cor tu-
 um apprime trepidum incipiat lætari. Ut enim tibi videbi-
 tur, illud successit tibi hac de causa, quod inauras deorum
 facies auro ex præda et onatiōe parto. Nāq; inter deos ex
 gre fabricatos verissima immittūt somnia, ij sint præcipui.

d v

A. P E R S I I

et summa veneratione digni: Istos illis aurea barba. Aurum
e templis expulit vasa fictilia, quibus Numa sacrificabat
et enea vascula quibus utebantur in sacris, regnante Sa-
turno. Aurum vestales urnas, et Tusca fictilia mutauit.

Scholia.

- Poscis opem.) Eorum vota commemorat, qui bonam va-
letudinem, atque robur, longamque vitam deos poscunt, que
nimis epulis ipsi sibi tollunt. Tuceta.) Tucetum est gen^{us}
farcuminis ex carnibus suillis minutim cocis. Rem stru-
ere.) Irridet vota et superstitiones ditari cupientium. Ac-
cerso. Autore Diomede, hoc interest inter accersor arces-
so, quod accersere euocare est, arcessere vero aliquem ac-
cusare significat, et ab arceo nascitur. Etenim alium accusa-
re, a maleficis arceere est. In multis Persii codicibus arces-
sis legitur, quod defendi potest autore Prisciano lib. 1. tra-
dente antiquissimos frequenter ar pro ad posuisse. Unde
ostenditur recte arcesso dici pro arceo verbo, quod nunc ac-
cio dicimus, quod est ex ad et cio compositum. Cui subscri-
bit Laurentius Vallæ elegantiarum libro primo his ver-
bis: Accerso vel arcesso, utrumque pro eo ad vocandum vel
voco. Terentius in Andria: Obstetricem accerso. Jun-
cum.) Junix (ut quidam tradunt) ex etate viridior vacca:
quod si verum est, foeminino genere declinatur, ut radix.
Alii scribunt iunices esse tauros vitulis gradiores, bobusque
iuniores, quorum iudicio est generis masculini. Ometa.)
Omētum est membrana tenuis intestina contegens. Far-
tum.) Fartum sacrificij genus est, vel quod ad sacra ferretur
dictum, vel quod pluribus variisque rebus fartum esset. Ne-
quiquam.) frustra, tamen si quidam hic pro non accipiant. Scribē-
dum autem est sine c, teste Benedicto philologo, quemad-
modum nequaquam, non scribimus nequacquam. Suspi-
ret nūmus.) Poetice sensum dat inanite rei, quasi numm^{us}
a sociis destitutus suspiret frustra, cum magis superstitio-
sus homo ipse spe frustratus suspiret, dolens se nummos ex-
pendisse. Crateras.) Prine conjugationis est a nomina-
tino cratera. Letari subintellige incipiat. Auro ouato.)
ex ouatione comparato. Quatum poeticum est participium
ab ouo, sicut triumphatus a triumpho. Fratres inter abe-
nos.) Deos dicit, quorum statue sunt in eodem templo po-
site. Pituite.) Sic legitur in quodam antiquo codice ma-
nuscripto, et rectius meo quidem iudicio, quam pituita. Pur-
gatus enim elegantius cum genituo quam ablatiuo con-
struitur, et carmen melius sonat. Sciendum autem pitui-

Tucetum

Accerso.
Arcesso.

Junix.

Omētum.
Fartum.

Nequiquam.

Pituita.
In impe-
ritos.

te nunc esse trium syllabarum, v consonante facta ex voca-
li, quod in compluribus alijs dictionibus apud poetas pas-
sim fieri notissimum est. tametsi sfranciscus philephus epi-
sto. lib. 37. scribat, pituita tam in prima, quam in penultima
syllaba libere posse et pñuci et corripì. Sane Catullus pri-
mam produxit in illo versu: Mucusq; et mala pituita nasi.
Non autem sunt imitandi, sed irridedi, qui deprauato ver-
su, omniq; sublata canozitate legunt: Somnia, qui pituita
purgatissima mittit. Pituita significat corporis humorem,
qui dicitur græce phlegma. Medici docent pituita redudã-
te somnia minus vera mortalibus accidere, quod in egro-
tis deprehendere licet, quorum somnia plerũq; sunt vana.

O curuæ in terras animæ, & cælestium inanes,
Quid iuuat hoc, templis nostros immittere
mores,

Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo,
Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus,
Hæc baccam conchæ rasisse & stringere uenas
Feruentis massæ crudo de puluere iussit.
Peccat & hæc, peccat, uitio tamẽ utitur. at uos
Dicite pontifices, in sacro quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à uirgine
pupæ.

Quin damus id superis, de magna quod dare
lance

Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto,
Hoc cedo ut admoueam templis, & farre lita-
bo.

A. PERSII

Ephrasis

O anime curue in terras, et vacue celestium, quid hoc inuat, immittere mores nostros templis, et existimare bona et grata diis ex hoc nostro corpore vitiiis subiecto? Hoc dissoluit sibi castam oliuo corrupto, hoc tinxit Calabram lanam murice vitiato, hoc iussit auellere conchis margaritas, et in vnum conflare metalla feruentis masse de puluere nondum excocto. Hoc peccat et iterum iterumque peccat, tamen vitur vitio. At vos pontifices dicite, quid aurum facit in templis? Nempe hoc, quod puellares imaguncule donate Veneri a virgine. Cur non potius offerimus id superis, quod luxuriosus filius Messale non possit offerre de magna lance, puta ius, et fas animi coniunctum, ac pura mentis penetralia, pectusque naturali honestate generosum? Da, vt hoc templis admoueam, et vel minimo munusculo deum placabo.

Scholia.

O curue in ter.) Lactantius in libro de origine erroris capitulo secundo. Inuat ergo velut in aliqua sublimi specula constitutum, vnde vniuersi exaudire possint. Persianum illud proclamare: O curue in terras anime et celestium inanes: Celum potius intuemini, ad cuius spectaculum vos excitauit ille artifex verus deus. Ille vobis sublimem vultum dedit, vos in terram curuamini, vos altas mentes et ad patrem suum cum corporibus suis erectas ad inferiora deprimitis, tanquam vos poeniteat non quadrupedes esse.

Pulpa.

(Pulpa.) Pulpa est caro sine ossibus. Per hanc ergo significat corpus voluptatibus deditum, quo animus deprimitur a celestibus ad terrena. Dicite pontifices.) Lamprius in vita Alexandri Severi: In templis sane nunquam preter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam posuit, susurrans versum Persii: In sanctis quid facit aurum? (Pupe.) Pupus, puer, pupa, puella dicitur. Martialis: Se pupam dicit Sella, cum sit anus. Pupa etiam est puellare simulacrum ex panniculis et tomēto factum, quo puellę luditant. Virgines autem nupture, Veneri suas pupas offerebant, sperantes se breue veros pupos pupasve habituras, idque Veneris beneficio.

Pupus.
Pupa.

Et incoctum g. p. h.) Lactantius in libro de vero cultu capite secundo. Merito ergo Persius huiusmodi superstitiones suo more deridet: Qua tu, inquit, mercede deorum Emeris auriculas? pulmone, et lactibus vinctis? Sentiebat videlicet non carne opus esse ad placandam celestem

maiestatem, sed mente sancta et iusto animo, et pectore (vt ipse ait) quod naturali sit honestate generosum. Hęc est religio celestis, non quę constat ex rebus corruptis, sed quę virtutibus animi, qui oritur e celo. Hic verus cultus est, in quo mens colentis se ipsam deo immaculatā victimā sistit.

A R G V M E N T V M.

Tertia desidiā iuuenum, fastusq; laceßit.

S A T Y R A T E R T I A .

NEmpe hoc assidue: iam clarum mane fe-
nestras

Intrat, et angustas extendit lumine rimas.

Stertimus, indomitum quod despumare faler-
num

Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.

En quid agis? siccas insana canicula messes

Iam dudum coquit, & patula pecus omne sub
ulmo est,

Vnus ait comitum. Verum ne? ita ne? ocyus
adsit

Huc aliquis: nemon? turgescit vitrea bilis,

Finditur, Arcadię pecuaria rudere credas.

Iam liber, & positis bicolor mēbrana capillis,

Inq; manus chartę, nodosaq; uenit arundo.

Tunc queritur, crassus calamo quod pendeat
humor,

Nigra quod infusa uanescat sepia lymphā,

Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.

A. PERSII

Ecphrasis.

Unns comitum ait ad iuuenem prædiuitē & desidiosum
Nempe hoc assidue facis, vt in multam lucē dormias. Jā
clara lux matutina intrat fenestras, et extendit lumine an-
gustas rimas. Stertinus, quod sufficiat in stomacho con-
coquere vinum aqua non dilutum, dum ab ortu solis quin-
ta hora præterit. En quid agis? Insana canicula coquit iā-
dudum siccas messes, et omne pecus est sub patula vltimo.
Respōdet iuuenis: verum ne est hoc quod ex te audio? Ita
ne est? Aliquis adueniat celeriter huc. An nemo adest?
Perspicua bilis turgescit, et iuuenis tanta ira dirumpitur,
et ita in seruos ad se non accurrentes exclamat, vt audita
eius vociferatione, Arcadicos asinos rudere existimes. Jā
capillis compositis ac pexis, accepit in manus librum lu-
tea membrana inuolutum, et chartas, et nodosum calamū.
Tunc queritur, quod crassum atramentum pendeat in ca-
lamo, quod ita sit aqua dilutum, vt continuo e charta eua-
nescat: queritur, quod calamus geminet guttas dilutas.

Scholia

Umbra.

Sepia.
Fistula.

Mobilium et diuitem iuuenum desidiam inertiamq; hæc
insectatur satyra, quid fugiendum sequendumq; sit docēs.
Inducit autem quendam familiarium adolescentis iner-
tiam circa liberalium disciplinarum studiis reprehendentē.
Quinta d. l. t. v.) Antiqui per vmbra[m] gnomonis orto sole
horas in semicirculo spectabāt, in quo duodecim lineæ eq̄s
spatiis diuise a gnomone discurrebant. Prima vero linea ab
occidente sole orto in primis adumbrabatur: deinde ceteræ
singulatim. Verum cum ad sextā lineam vmbra venerat,
meridies erat. Quinta igitur linea iam prope diem mediū
declarabat, quo tēpore canicularibus diebus pecudes um-
bras et frigora captant. Quinta vmbra. Id est ipsam quin-
tam lineam adumbranti, seu tangenti. Bicolor membra-
na. Lutea, hoc est, ex altera parte croceo colore infecta, cū
cādida sit ex altera. Sepia piscis genus, cuius sanguis est
pro atramento. Fistula calamus scriptorium per similitu-
dinem significat.

O miser, inq; dies ultra miser, huccine rerum
Venimus? at cur non potius teneroq; palumbo
Et similis regum pueris, pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas?

An tali studeam calamo? cui uerba? quid istas
Succinis ambages? tibi luditur, effluis amens,
Contemnere: sonat uitium percussa, maligne
Respondet uiridi non cocta fidelia limo.

Vdum & molle lutum es, nunc nunc propera
dus, & acri

Fingendus sine fine rota. sed rure paterno
Est tibi far modicum, purum & sine labe salinū.

Quid metuas? cultrixque foci secura patella,
Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere uen-
tis,

Stemmare quod Tusco ramum millefime du-
cis,

Censoremve tuum uel quod trabeate salutas?
Ad populum phaleras, ego te intus & in cute
noui.

Non pudet ad morem discincti uiuere Nacæ?
Sed stupet hic uitio, & fibris increuit optimum
Pingue, caret culpa, nescit quid perdat, & alto
Demersus summa rursum non bullit in unda.

Ephrasis.

O miser, et indies miserior. uenimus ne ad hanc rerum
conditionem? At quare non potius similis et tenero palum
bo, et pueris regum, petis uesci minuto cibo, et iratus nu-
trici recusas lallare, et lac sugere? Loquitur adolescens:
An studeam tali calamo? Respondet admonitor: Cui uerba
das? quid succinis istas ambages? Tua res agitur. Si tu
amens, ut vasculum male coctum, effluis, et infusum tibi li-
quorem transmittis, eris contēptui. Fidelia ex uiridi limo,
nō satis cocta, cū percutit, sonitu uitū pdit, et respōdet ma-
le, ac iniquū et stridulū sonū reddit. Tu es tanq̄ vdū et mol-

A. P E R S I I

le lutum, continuo et sine mora propere bonis artibus instituendus, et informandus veloci ac diligenti exercitatione sine fine. Sed modicum frumentum est tibi in paterno rure, et purum ac sine labe salinum. Cur sis sollicitus? et patella ac supplex secura cultrix foci est tibi. Hoc satis est? An deceat te in superbiam efferri, quod millesimus ducis ramum ex Tusco stemmate, quodque ortus es ex antiquissima Petruscorum nobilitate, vel quod salutas cęsozem tuum, hoc est, tibi sanguine vel affinitate cōiunctum, vel quod tu trabeatus salutas quempiam? Defer externa ista, quibus te gloriabūdus ostentas, ornamenta ad populum, ego te intus et in cute novi. Non pudet te vivere ad morem abiectissimi cuiuslibet hominis. et plane desidiosus? Sed hic stupidus, et insanus in vitijs factus est, et crassa pinguitudo p̄cordia eius occupavit. Caret culpa, quādoquidem ingenij vitio peccat, nescit quid perdat, et demersus in stultitię fundo, nequit rursus emergere, et resipiscēdo ad sanam mentem reuerti.

Scholia.

- Pappare.** Pappare.) vesci significat. Epidicus apud Plautum in Epidico: Nouo liberto opus est quod pappet. Cui respondens Periphanes sener: Dabitur, inquit, p̄bebo cibum. Pappare non fit hic nomen, vt quidam tradunt, sed manet infiniti modi verbum. Nam et alibi Persius posco construit cum verbo infiniti modi. Et lusco qui poscit dicere lusce. **Mamma.** Mammę.) Mammam infantes appellāt matrem vel nutricem. **Lallare.** Lallare.) Lac sugere, dictum mihi videtur aliorum pace, quasi lac fellare. Pueri nonnunquam p̄diuitum qui nimis molliter educant, lac sugunt, et in cunabulis cubant ad quintum vel sextum etatis annum, dum iam fari queant, et lallare recusantes, minutiozem cibum petant. An tali studeam.) verba desidiosus culpam in calamū prouerbii transferētis. Tibiluditur.) Sumptum est ab alea, in qua res eius agitur, qui pecuniam deposuit in medium. Simile est illud Plauti in Epidico: Mihi istic nec seritur, nec metitur. Effluis amens.) Aptissime fictili parum cocto rudē ac desidiosum comparat, et in hac collatione diligentissime verbis vritur ad similitudinem accommodatis. Sonat v p.) Itaque et tu verbis admonitus respondendo ignauiam p̄dis tuam, licet in calamum culpam reuicere coneris. **Fidelia.** Fidelia vas fictile ab eo, quod fideliter potum continet. Fidelia viridi limo.) id est, viridis et crudi limi, seu e viridi limo ficta. Nūc nunc properandus.) Optime quidam p̄cepit:

Dum tener est natus, generosos instrue mores. Secura
 patella.) que te securum faciat. Salinum autem et patellam
 posuit pro quacunque supellectile. Millefine et trabea-
 te, vocatiui positi pro nominatiuis auctore Prisciano. In-
 tus et in c.) id est, omnibus modis mihi notus es. Aliis fu-
 cum facito mihi penitus es perspectus, neque me fallere po-
 tes. Nace.) Naca dicitur homo vilis et abiectus, quod **Nace.**
 nanci non sit. Nace dicuntur, qui opera ex lana faciunt, et
 peculiariter fullones. Omnia fere opera ex lana ^{vāxci} di-
 cuntur a grecis. Significat autem ^{vāxci} pellem ouium, vel
 pellem caprinam. Horatius in serm. Ungor oliuo, Nō quo
 fraudatis immundus naca lucernis.

Magne pater diuum, sæuos punire tyranno
 Haud alia ratione uelis, cum dira libido
 Mouerit ingenium, feruenti tincta ueneno,
 Virtutem uideant, intabescantq; relicta.
 An ne magis Siculi gemuerunt æra iuueni,
 Et magis auratis pendens laquearibus ensis
 Purpureas subter ceruices terruit, imus,
 Imus præcipites quàm si sibi dicat, & intus
 Palleat infelix, quod proxima nesciat uxor?

Ephrasis.

Magne pater deorum uelis punire crudeles tyrannos
 haud alia ratione, quam ut uideant virtutis splendorem et
 maiestatem, ac intabescant quod eam reliquerint, quando
 dira libido infecta feruenti ueneno mutauerit ingenium, quod
 suapte natura fertur ad virtutem. An ne inclusi in eneo Phas-
 laridis Siciliæ tyranni tauro magis gemuerunt, et gladi-
 us ab auratis laquearibus dependens magis exterruit cer-
 ticem assentatoris purpurati, subter opipare mense accum-
 bentis, quam si infelix peccator ad seipsum intra se loqua-
 tur, Imus, imus præcipites nulla salutis spe, et palleat in-
 tus eorum scelerum conscientia, que fidissime uxori narra-
 re non audeat?

Scholia.

Magne pater.) Deum rogat, ut non alia poena prauos
 efficiat, quam ut virtutis claritatem videntes, illaq; se suo

A. P E R S I I

vicio carere cognoscentes, animi dolore contabescant.

Dira libido.)impia, et dei ira digna cupiditas. Libido est generale vocabulum omnis cupiditatis, teste Augustino lib. de ciuitate dei. 14. Feruenti tincta veneno.)Metaphora est a lana sumpta, quę cum natura sit candida, colorem quo semel infecta est, non amittit. dicente Quintiliano: Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt: ita ingenium quod natura duce nititur ad bona, peruersis opinionibus et malis moribus adeo deprauatur, vt nihil rectum velit. Dira igitur libido, id est, cupiditas prauis opinionibus corrupta, tincta, hoc est, infecta feruenti veneno, id est, frequenti actione, vnde mos inoleuit, quod quemadmodum color a lana imbibitus, haud facile dimouetur. Venenum pro colore accipi, testis est Varo: Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. An ne magis.)Cruciatu corporis minores esse tormentis animi per comparationem ostendit. Perillus autem Atheniensis greum taurum tanta arte fabricfecit vt igne subdito, qui eius in aluo includebatur, eiulans mugire putaretur. Hunc cum in Siciliam ad Phalaridem Agrigentinozum tyrannum detulisset, tali munere Phalaris ob insitam opinionem crudelitatis sue turbatus est. Ita que ipsum artificem in taurum coniungi iussit, vt primus artis sue periculum faceret. Et magis auratis.)Democles assentator, Dionysii Syracusarum tyranni opes ac potentiam cum extolleret, beatamque eius vitam in tanta opulentia rerum assereret, eum ad coenam Dionysius inuitauit, gladiumque seta alligatum supra eius caput appendi iussit, quo ille inter coenandum conspecto, pre nimio imminentis periculi metu, regalibus mensis abstinuit: quod animaduertens Dionysius, illi tyrannos itidem viuere, atque inter magnificos apparatus, imminentibus periculis cruciari affirmavit. Horatius: Districtus ensis cui super impia Ceruice pendet, non Sicule dapes Dulcem elaborabunt saporem, Non anuum, citharęq; cantus Somnum reducent.

Venenū.

Perillus.

Democles

Subter.

Subter.)nunc aduerbium est, sic apud Plautum: Hinc atque hinc, super subterque premor angustis. Intus palleat.)Dacatus: Ipsa sibi carnifex conscientia est. Diuus Ambrosius in epistolis: Sibi ipsum vnusquisque animum suum seruerum sui iudicem, ultorem sceleris, et vindicem criminis habet. Idem: Nullus enim maior est dolor, quam is qui peccati microne vulnerat conscientiam, neque vllum grauius est onus, quam peccatorum sarcina, et pondus flagitiorum deprimit animam, curuaturque vsque ad terram, ne se erigere.

possit. *Gravia* fili, *gravia* nimis delictorum pondera.
 Sæpe oculos, memini, tãgebam paruos oliuo,
 Grandia si nollem morituri uerba Catonis
 Discere, et insano multum laudanda magistro,
 Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
 Iure, etenim id summũ, qd dexter senio ferret
 Scire erat in uoto, damnosa canicula quantum
 Raderet, angustæ collo non fallier orcæ,
 Neu quis callidior buxum torquere flagello.
 Haud tibi inexpertum est curuos deprende-
 re mores,

Quæq; docet sapiens braccatis illita Medis
 Porticus, insomnis quibus indetonsa iuuentus
 Inuigilat, siliquis & grandi pasta polenta:
 Et tibi, quæ Samios diduxit litera ramos,
 Surgentem dextro monstrauit limite callem,
 Stertis adhuc? laxumq; caput compage soluta
 Oscitat hesternum, dissutis undique malis?

Ephrasis.

Ut memini, cum eram paruulus, corrumpebam sepe oculos oleo, quia nollem discere declamationem gradibus uerbis compositam de nece Catonis Uticensis, et laudandam multum ab insano magistro, quam pater sudans audiret amicis conuocatis. Iure autem id faciebã, etenim id p̄cipuũ & potissimum erat in uoto & desiderio meo, scire quid lucri in ludo talaris faustus & utilis senio adferret, quantum uero dãnosa canicula raderet, & auferret, & nõ falli collo angustę turriculę in quã taxilli cõiiciuntur ab aleatoribus, ne quisq; esset peritior impellere flagello turbinẽ. Tu uero peritus es prauos mores a rectis discernere, et iam doctus es ea, quę sapiens Stoicorum schola, in qua braccati Medii depicti sunt, docet, quibus p̄ceptis iuuenes uigiles et intonsi, et nutriti leguminibus ac grandi polenta dant ope-

A. P E R S I I.

ram. Et litera, quę diuinit ramos a Pythagora Sannio duobus humane vite vijs applicatos, monstrauit tibi virtutis callem dextro limite surgentem. An stertis adhuc? et caput tuum apertum, compage dissoluta, oscitando euaporat, quę heri nimium comedisti et potasti, malis tuis vndique quasi dissutis et resolutis.

Scholia.

Sepe oculos.) Se quoque dum puer erat, vtilibus salubribusq; contēptis, delectabilia et voluptuosa quęsisse scribit. Verum latenter innuit, se tunc venia dignum fuisse, vt qui rerū ignoracione, vitio puerilis etatis peccauerit. Sed cum quis iam proeclioris etatis tam frequenter sit admonitus, ad eamq; rerum cognitionem peruenerit, vt optime vitium possit a virtute discernere, eum venia indignum esse significat. Tangebam) corruppebam. Britannicus legit tangebam, id est, vngebam. Oliuo.) Oleum oculis infusum quandam lippitudinem representat, quam in filijs dū parentes metuunt, eos a lectione auertunt. Infans.) id ē, nimis concitato et agitato ad discipuli curam et institutionem. Sunt qui legendum censeant incano, id est, valde cano. Sudans.) vel p̄ timore, ne filius male recitet, vel p̄ letitia, vel ob labore in amicis conuocandis. Senio.) puncta sex in talo vel tessera. Canicula.) seu canis in talo vnicum punctum continet, eiusq; iactus damnosus est. Propertius: Semper damnosi subsiluerē canes. Orca.) Orca fasficarium teres atque vniformi specie, dicta a similitudine orce marine belue. M. Varro capit orcam pro vase vinario. Apud Persium infra pro vase balsamētorum ponitur. Nunc significat vasculum aleatorium, quo coniectate agitatemq; tessere et tali mittuntur in aleam ad euitandas aleatorum imposturas. A Martiale dicitur turricula, ab Horatio pyrgeus. Ut quidam traduntorca vas est fictile lato aluo, angusto ore ac fundo, longiori collo, in quam inter ludentes pueros qui nucem iniecisset, victor erat. Braccatis) Bracca vestis est fluxa, in tonsacq; ac varijs coloris, qua vtuntur frigidioris plage gētes. Quidius: Pellibus et laxis arcēt mala frigora braccis. Hinc braccatus bracca vestitus. Pomponius Mela: Braccati sunt in totum corpus Sarmate, et nisi qua vident, etiam ora vestiti. Porricus.) Stoicorum sectam significat, qui a porticu nomen sortiti sunt. In somnis.) Tria ponit obiter bonarum artium studiosis maxime necessaria, quorum primum vigilantia. Unde est illud in satyra quinta: At te nocturnis iuuat impallescere char-

Infans.

Senio.
Canicula
Orca.

Bracca.
Braccat⁹

Tria stu-
diosis ma-
xime ne-
cessaria.

his. Seneca in epistola octaua: Nullus mihi per ocium dies exit, partem noctium studijs vendico, non vaco somno, sed succubo, et oculos vigilia fatigatos, cadentesq; in opere detineo. Secundum nimij corporis cultus euitatio. philosophie enim studiosi curam tondendi capilli, et expoliende cutis non habent. Idem in eadem epist. Hanc ergo sanam et salubrem formam vite tene, vt corpori tantum indulgeas, quantum bonae valetudini satis est. Durius tractandum est, ne animo male pareat. Et epistola 13. Honestum ei vile est, cui corpus nimis charum est. Tertium victus frugalitas: Nam vt diuus ad Nepotianum refert Hieronymus: pinguis veter non gignit sensum tenuem. Et Seneca epist. 15. Copia ciborum subtilitas impeditur. Horatius in epistolarum lib. 2. de vate: *Uiuat siliquis et pane secundo.* Et tibi que Samios. Pythagoras per litteram que in duas partes diducitur, significauit nobis duas esse propositas vias, quarum dextra ardua et angusta nos ad virtutem inuiteret, sinistra vero lata et ampla vitijs pateret. Qua de re carmen extat Vergilij Maronis elegantissimum.

2fa Py-
thagore.

Est aliquid quo tendis, & in quo dirigis arcum?
 An passim sequeris coruos, testaq; lutoq;
 Securus quo pesferat, atq; ex tempore uiuis?
 Elleborum frustra, cum iam cutis aegra tumebit,
 Poscentes uideas. uenienti occurrite morbo.
 Ecquid opus Cratero magnos pmittere montes?
 Disciteq; o miseri, & causas cognoscite rerum,
 Quid sumus, & quidnam uicturi gignimur,
 ordo
 Quis datus, aut metæ q̄ mollis flexus & undæ,
 Quis modus argento, quid fas optare, qd asper
 Vtile munus habet, patriæ charisq; propinqs
 Quantum elargiri deceat, quem te deus esse
 Iussit, & humana qua parte locatus es in re,

A. P E R S I I

Disce: neq; inuideas, q̄ multa fidelia putet
 In locuplete penu, defensis pinguibus umbris,
 Et piper, & pernae Marſi monumenta clientis,
 Mænaq; q̄ prima nondum defecerit orca.

Ephraſis

Est ne aliquid quo tendis arcum tuum, et in quo dirigiſ eum? An ſequeris paſſim coruos, et per teſtam ⁊ per lutum, nihil curans quo pedes ferat, atque ſine prudentia uinis? Uidere liceat homines fruſtra remedium quærentes, cum iam cutis eorum egrota intumeſcet. Si ſapitis mortales, occurrите morbo ueniēti. Nunquid opus eſt medico ꝑ mittere grandes pecuniarum acernos? O miſeri et diſcite, et cognoſcite cauſas rerum. quid ſumus, et ꝑpter quid gignimur uicturi, quis ordo datus ſit nobis a deo, aut quam mollis et facilis ſit flexus mete et vnde, niſi deſit ars et induſtria. Diſce quis modus ſit argēto, quid fas optare, qđ utile aſper nummus habet, quantum deceat elargiri patrię, et charis propinquis, qualem te eſſe deus iuſſit, ac qđ in gradu rerum humanarum locatus ſis, et quam facultatem rerum obtineas, ne plus minusꝫ facias, quam conditio tua ferat. Nec afficiaris inuidia, quod aliquem ditio-rem te cernas, et qui penarium multis rebus refertum habeat, quas Umbri Marſiq; clientes ei donauerint.

Scholia.

Tendo. Est aliquid quo tendis. ſenſus eſt: Uteris ne ratione et prudentia qua diſponis, et in cuius moderamine temperas animi tui impetum, ad honeſtas actiones tempeſtiue recteq; peragendas? an ſine delectu rerum vagabundus eras, et nulla adhibita prudentia temere ꝑruis, quocunq; fert inordinatus appetitus? Tendis.) Sunt qui absolute accipiunt, ut ſit ſenſus: ꝑpoſuiſti ne aliquē finem, ad quē pergas? Sed mihi magis placet cōiungere. Tēdis arcū.) ut apud Maronem: Aut acres tendunt arcus. Stulte autē quidam deprauatores, ꝑo in quo legunt, in quod, cum ſit omnino legendum in quo, ſic habent fere exemplaria, nec ē oratio ꝑrum congrua, ſed illis ꝑrum intellecta, in quo dirigiſ arcū. Nō enim ſignificat in quod mittis ſagittas, ſed eſt ne aliquid quo tendas arcum, ubi quo, non eſt aduerbium, ſed caſus instrumenti, in quo hoc eſt, in cuius moderamine dirigiſ arcum, id eſt, animi tui impetū. Eſtq; pulcher

Tendo.

**Denotan-
tur deprauatores.**

rima metaphora a sagittarijs sumpta, quippiam habenti-
 bus quo arcum tendunt, et aliquid in quo eum dirigunt, vt
 certior ictus fiat. Per arcum autem nunc accipio impetum,
 de quo Seneca epistola. 89. Ergo cum tripartita sit philo-
 sophia, moralem eius partem primum incipiamus dispone-
 re. Quam in tria rursus diuidi placuit, vt prima esset inspe-
 ctio suum cuiusq; distribuens, et estimans quanto quidq; di-
 gnum sit, maxime vtilis. Quid enim tam necessarium, quam
 precia rebus imponere? Secunda de actioibus. Tertia de
 impetu. Primum enim est, vt quantum quidq; sit, iudices. Se-
 cundum, vt impetum ad illa capias ordinatum, temperatumq;. proverbiū
 Tertium, vt inter impetum tuum actionemq; conuenias, vt
 in omnibus istis tibi ipsi consentias. Quicquid ex his tri-
 bus defuerit, turbat et cetera. Quid enim prodest, intus esti-
 mata habere omnia, si sis impetu nimius? Quid prodest im-
 petus repressisse, et habere cupiditates in tua potestate, si
 in ipsa rerum actione tempora ignores, nec scias quando
 quidq;, et vbi, et quemadmodum agi debeat? Aliud est enim
 dignitates, et precia rerum nosse, aliud articulos, aliud im-
 petus refrenare, et ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo vi-
 ta sibi concors est, vbi actio non destituit impetum, impet-
 us dignitate rei cuiusque concipitur, proinde remissus acri-
 orq;, prout illa digna est peti. Hactenus Seneca. An pas-
 sim seque. co.) An nec loci nec temporis habita ratione ruis
 ad agenda quocunq; te corui precedunt? per quos aptis-
 sine significatur iuuenilis appetitus etatis calore nimis ef-
 feruescens ad intemperantiam, et ad vitia, que denigrant
 animum, nisi ratione cohibeatur, pre modum propensus.
 Adagium est *Serecorum* ^{opvris Indis}, Aues queris, id est, proverbiū
 rem vagam, et captu difficilem sequeris. Pertinet et huc il-
 lud proverbium: Absque scopo iaculari, quod de eis di- proverbiū
 citur qui nihil certi propositum habent, quod sequantur, et
 ad quod instituti consilij sui rationes referant. Lucianus
 in *Toxaride*: Quonia in presentia nullo proposito scopo ia-
 culati sumus, denno ascito arbitro, alia amicorum paria apud
 illum referamus. *Securus quo pes ferat.* Proverbium
 est, quocunq; pedes ferent, pro eo quod est, quolibet. Co-
 ueniet vbi nihil certi spectatur, ad quod nostri dirigantur
 conatus. Lucianus in *Thermotino*: Neque iuxta proverbium,
 quocunq; nos pedes tulerint, illuc ibimus. Horatius
 in *odis*: Ire pedes quocunq; ferunt, quocunq; per vndas proverbiū
 Notus vocabit, aut proteruus africanus. Ex tempore vi Ex tpe vi
 us.) id est, sine premeditatione et providentia. Ueni- uere.

A. PERSII

**Ex tēpo-
re viuere** enti occurrere morbo.) Proverbum est: Satius est in initio
mederi quam fini. Theognis: Pharmaca nascenti sunt ad-
hibenda malo. Ovidius: Opprime, dū noua sunt, subiti ma-
la semina morbi. Idem: Principijs obsta, sero medicina pa-
ratur, Cum mala per longas conualuere moras. Et rursus:
Uidi ego, quod fuerat primo sanabile vulnus, Dilatum lō-
Craterus gē damna tulisse morē. Cratero.) Craterus illustris me-
dicus fuit, de quo Horatius: Nō est cardiacus, Craterum
dixisse putato. Magnos promittere montes.) Proverbia-
proverbiū lis hyperbole de iis, qui immensa promittunt. Salustius in
Catilinario: Maria, montesq; polliceri cōepit. Dicitur et au-
reos montes polliceri. Terentius in Phormione: Is senē
per epistolam pellerit, modo non montes auri pollicens.
Diuus Hieronymus in Ruffinū: Ut cum mōtes auri pollici-
tus fueris, ne scorteum quidem nummum de thesauris tu-
is proferas. Disciteq; o mīeri.) Hi versus ab Augustino
citantur libro de ciuitate dei secundo, capite sexto. Causas
cognoscite rerum. Exhortatur ad sapientiē studium, quē
est nosse diuina et humana et horum causas. Vergilius: Fe-
lix qui potuit rerū cognoscere causas. Quid sumus.) Pul-
proverbiū cherrimum apud Gręcos adagium est: γινώσκει σικυτόν, id est,
nosce te ipsum, quo admonetur homo, vt naturam suam co-
gnoscat, cum enim sit animal ex mortali corpore, et immor-
tali rationaliq; anima compositum, contēpto corporis cul-
tu, scientijs virtutibusq; animum studeat excolere, et viā
ad beatitudinem preparare. Ant quidnā victuri g.) Non
enim ad hoc nati sumus, vt ventri atque somno dediti, cor-
poris voluptates more pecudum sectemur, neq; rursus vt
dies et noctes solliciti, magnam pecunię vim congeramus,
sed vt pie iusteq; viuendo veram beatitudinē cōsequamur.
Ordo quis datus.) Deus omnium rerum conditor opti-
mus maximus inter animalia dedit nobis ordinem honestis-
simum, quem vt intueamur, ne vitijs infra pecudes redacti
iaceamus, omni studio elaborādum. Diuus Ambrosius in
operis sex dierum libro sexto: Caue o homo pecudum mo-
re curuari. Caue ne in alium te non tam corpore quam cu-
piditate deflectas. Respice corporis tui formam, et speciem
congruentem celsi vigoris assume. Si sola animalia prona
pascantur, cur te in edendo sternis ipse, quem natura non
strauit? Cur eo delectaris, in q; nature iniuria est? Cur no-
ctes et dies cibo intentus, pecorum more terrena depasce-
ris? Cur illecebris corporalibus deditus, ipsum te inhono-
ras, dū vētri atq; eius passiōibus deseruis? Cur intellectū

tibi adimis, quē tibi creator attribuit? Cur te inmentis cō-
 paras, a quibus te voluit deus segregari, dicens: Nolite fi-
 eri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: Aut si
 te edacitas equi, intemperantiaque delectat, et ad huncire ad
 foeminas voluptati est, delectet in freno maxillas tuas cō-
 stringi. Si crudelitate pascaris, ferarū hęc rabies est, quę
 propter sequitiam trucidantur. Vide, ne in te quoque crude-
 litatis tuę vertatur immanitas. Hęc Ambrosius. Sunt et
 inter homines diuersi ordines, decet autē suum vnumquę
 que ordine, quem deus assignauit, contentum viuere, et re-
 ctis officijs ducem sequi, eiusque p̄ceptis diligēter obtem-
 perare. Aut metę quam mollis flexus et vnde.) Discite, si
 deum optimū ducem sequentes, sapientia et industria vta-
 mini, quam facile per vndas huius seculi nauigando, pos-
 sitis ad metam peruenire, et longos cursus (vt ait poeta) cir-
 cūflectere, ac pulcherrimorum certaminum egregie p̄-
 mia feliciter adipisci. Quod sane difficilimum fuerit, si vos **Meta.**
 inertię submiseritis, ac ignauię. Meta, terminus est ipsius
 cursus, ad quam nō satis est peruenisse, nisi etiam circum-
 eatur, in quo industria laborque requirit. Est enim difficul-
 tas circa flexum metę. Nam si quis nimis adheret, pericu-
 lum est ne currus aut naus in eam illidatur, et rotas vel
 remos amittat: Sin autem nimis longo illam spatio euitet,
 potest qui sequitur, inter metam et illum breuiori via dela-
 tus, ex secundo prior effici. Artificio igitur opus est, quod
 ostendit Papinius, dicens: flectere si posset circum compē-
 dia metę. A metiendo autem meta dicta est, vel quod in di-
 menso spatio posita sit, vel quia illam metiantur quadrigę,
 nauesve circuncurrentes. Ponitur per translationem pro
 quolibet termino. Quidius in tristibus: Detur inoffense vi-
 tę tibi tãgere metam. Per metam hic quoque terminum vi-
 tę et mortem accipe, quam sapiens non omnino vitat, cum
 velit assequi beatitudinem, quę in hac vita nō potest habe-
 ri, nec tanto impetu incurrit, vt frangatur, et remis amif-
 sis aut gubernaculo periclitetur, eterneque morti subijciat,
 sed circūflectit, et corporis morte vitam animo comparat
 sempiternam. f flexus metę, qui fit circa metam: f flexus vn-
 de, qui fit per vndam, vt apud Vergilium: Effugit ante ali-
 os, primusque elabitur vndis Turbam inter fremitumque Sy-
 as. Miror quosdā non ineruditos, vnde, pro aduerbio hic **In enarra-**
 accipere, cum sit nomen, quod etiam testantur antiqui co- **tores.**
 dices, in quibus per diphthongon scriptum est. Non enim
 Persius ad quamlibet alludere metam videtur, sed ad eā,

A. PERSII

que est apud Maronem in quinto Aeneidos: Hic viridens
 Aeneas frondenti ex ilice metam Cōstituit signum nautis
 pater. Et sane quam apte hanc vitam vndoso freto compa-
 rat, in qua per tot fluctus, & tanta rerum pericula cupimus
 ad felicitatis metam peruenire. Quis modus argento.)
 Que mensura pecunię conquirede sit statuenda, docet opti-
 me Iuuenalis: Mensura tamen que Sufficiat census, si q̄s
 me consulat, edam: In quantū sitis atque fames, & frigora
 poscunt Quid fas optare.) Socrates nihil vltra petendū
 a deo arbitratur, quam vt bona tribueret, quia is sciret
 optime, quid vnicuiq; foret vtile. Iuuenalis: Orandum est
 vt sit mens sana in corpore sano. Fortem posce animū mor-
 tis terrore carentem, & reliqua. Nummus asper.) Num-
 mi signo notati contrectando digitis asperi sunt: cōtra au-
 rum vel argentum non habens monetam, leue est. Disce,
 neque inuideas.) quia sapientię nullus thesaurus prestat.
 Mena, piscis colorem mutans, cādidus h̄yeme, niger est a-
 te, qui & halec dicitur, gr̄ce μακρὸς ἰσθῆος.

Asper nū-
 mus.

Mena.

Hic aliquis de gente hircosa centurionum
 Dicat, quod satis est sapio mihi: non ego curo
 Esse quod Arcesilas, ærumnosiq; Solones
 Obstipo capite, & figentes lumine terram,
 Murmura cum secum & rabiosa silētia rodūt,
 Atque exporrecto trutinantur uerba labello,
 Aegroti ueteris meditantēs somnia, gigni
 De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.
 Hoc est cur palles, cur q̄s non prandeat, hoc est.
 Hos populus ridet, multum torosa iuuentus
 Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

Ephrasis.

Hoc loco quispiam de piloso, et graueolēti militum ge-
 nere dicat: Sapio, quod satis est mihi. Non ego curo esse
 id quod Arcesilas, et laboriosi miseriq; philosophi fuerūt,
 obstipo et obliquo capite, atque oculos in terram defigen-
 tes, quando rodunt secum murmura, et rabiosa silentia, at-
 que trutinantur uerba labris extensis, meditantēs somnia,
 qualia sunt eorum qui diu egrotarunt, ex nihilo nihil gigni

posse, nihil resolui in nihilum. Hoc est cur nimio studio factus es pallidus: hoc est cur aliquis abstineat a prandio. Hos philosophos vulgus habet ludibrio, et apprime validi iuvenes distorti naribus, tremulos cachinnos ingeminentes, hos subsannant.

Scholia.

Hircosa.) Hircus per metaphora dicitur foetor ille ex pilis subalaribus prodiens. Unde hircosus, qui nimis abundat hirco. Arcesilas.) philosophus hic academicus fuit.

Solones.) philosophi. Solon Atheniensis vnus septē sapientium Græcię. Obstipo.) obliquo. Horat. Stes capite obstipo multum similis metuenti. Obstipi dicuntur, quibus colla rigent, et in humerū capita inclinata sunt. Figentes lumine terram.) ita oculum in terram dirigentes, vt sagitta solet in scopum. Figentes dixit, quasi transfigentes et iaculantes. Varo: Et figere ceruos. Fixis oculis intuer

proverbialiter dicitur pro eo, quod est attentius accuratiusque considerare. Rabiosa sil. rodūt.) Sumptum est a canib⁹, qui in rabiem versi non latrant clare, vt solent, sed silent et mordent. ita et philosophi diuersas in se opiniones et altercationes agitant, quali rabiosa silentia rodere videtur.

Signi de ni.) Secundum omnes philosophates ex nihilo nihil fit. Unde Lucretius li. i. Nullā rem e nihilo gigni diuinitus vnquam. Sed tenenda est nobis theologorum sententia, dicentium deum ex nihilo mundum creasse.

Inspice, nescio qd trepidat mihi pectus, et egris
Faucibus exudat grauis halitus, inspice sodes,
Qui dicit medico: iussus requiescere, postquam
Tertia compositas uidit nox currere uenas,
De maiore domo modice sitiēte lagena
Lenia loturo sibi Surrentina rogabit.
Heus bone, tu palles. Nihil est. Videas tñ istud
Quicquid id est, surgit tacite tibi lutea pellis.
At tu deterius palles, ne sis mihi tutor:
Iam pridem hūc sepeli, tu restas. Perge, tacebo.
Turgidus hic epulis, atq; albo uentre lauatur,
Guttore sulfureas lente exhalante mephites.

Hircus!
Hircosus.
Arcesilas
Solon.
Obstipus

A. P E R S I I

Sed tremor inter uina subit, calidumq; trientem
 Excudit e manibus, dentes crepuere reiecti,
 Vincta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
 Tunc tuba, candelæ, tandemq; beatulus alto
 Compositus lecto, crassisq; lutatus amomis,
 In portam rigidos calces extendit: at illum
 Hesterni capite induto subiere quirites.

Ecphrasis.

Egrotus qui dicit medico: Inspice, pectus trepidat
 mihi, nescio propter quid, et grauis halitus exudat egris
 faucibus, sodes inspice, quid morbi sit, iussus a medico re-
 quiescere, postquam vidit tertia nocte febrem non reuertif
 se, rogabit lenia uina Surrentiua dari in modica lagena, ex
 domo ditioris amici, sibi balneum ingressuro. Medicus au-
 tem reuisens eum renocat, ne balneum intret: Deus bone,
 tu palles. Respondet egrotus: Nihil est. Medicus: Tamē
 videas istud qcquid id est, cutis crocei coloris tibi latenter
 intumescit. Egrotus: At tu palles deterius quam ego, ne
 sis tutor mihi. Jam pridem sepelium hunc tutorem, tu restas
 a me sepeliendus. Medicus: Perge, tacebo. Hic egrotus, cō-
 temptis medici monitis, turgidus epulis, et pallido ventre
 lauatur, gutture exhalante tarde graueolentes halitus.
 Sed tremor occupat hominem inter uina, et excudit e ma-
 nibus eius calidum poculum, dentes denudati crepuerūt.
 Vincta pulmentaria excidūt tunc ore, illius labris apertis.
 Tunc tubæ et candelæ ad funus efferendum preparantur:
 et tandem diues, quem vulgus existimabat beatum, compo-
 situs alto lecto, et perfusus crassis vngentis extendit cal-
 ces iam morte rigidos in portam: at liberti, pridie mortem
 domini libertate donati, accepto pileo, funus illius efferūt
 ad sepulturam.

Scholia

Inspice nescio quid.) Quemadmodum egrotus qui me-
 dici monita contemnit, non eum, sed seipsum fallit: ita iuue-
 nis qui philosophos irridet, non eis nocet, sed sue ipsius sa-
 luti aduersatur. Est autē philosophia animi medicina, sic-
 ut medicina corporis philosophia. Postquam tertia con.)
 Medicinę Persius non ignarus, ea profecto ponit, quę ve

teres medici obseruauerūt. Celso enim auctore libro tertio. Ubi corpus egrotare incipit, quamuis vnam febris accessi-
onem secuta integritas est, tamen quia tertiana timeri po-
test, expectandus est dies tertius: et vbi accessionis tempus
præterit, cibus dandus est, sed exiguus, quia quartana quæ
que timeri potest. Hic autem die tertia cum videret febrim
non reuertisse, tanquam omni periculo liberatus, ad pristi-
num victum et incontinentiam rediit. Modice sitiente)
Medicum capiente. Surrentina.) hæc vina dicta sunt a
Surrentinis montibus Campaniæ, et propter tenuitatem
salubritatemque conualescentibus maxime probata erant.
Heus bo. t. pa.) Medici verba sunt, ne se lauet, neue lar-
gius vino vtatur, quoniam palleat, adiuuonētis. Nihil est)
Ualetudinem dissimulat egrotus, vt ad pristinam luxuriã
relabatur. At tu deterius palles.) Conuitiatur medico,
monens ne sibi tanquam custos et tutor sit. Ne sis mihi
tu.) ne mihi prescribas atque imperes. Horatius: Siue ego
præue, Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi. Hunc.)
tutorem. Sepeli.) per apocopen pro sepeli. Tu restas.)
cupio et te, qui me vis regere, sepelire, sicut tutorem meum
sepeliri. Horatius. Omnes composui felices, nunc ergo re-
sto. Confice. Perge, tacebo.) Verba medici irati, et disce-
dentis. Mephitis.) est terre putor ex aquis maxime sul-
furatis, atque corruptis proueniens. Maro: Sequamur ex-
halat opaca mephitim. Tunc tuba.) Legitur et hinc: sed,
tunc, magis arridet. In funeribus dignioribus olim tuba
canebatur, in plebeijs tibia. Beatulus.) Apte diminutiuo
vritur, ironicos loquens, et significans minime beatum, tæetum
vulgo videatur.

Tange miser uenas, & pone in pectore dextrã.
Nil calet hic. summosque pedes attinge, manusque.
Non frigent, uisa est si forte pecunia, siue
Candida uicini subrisit molle puella,
Cor tibi rite salit, positum est argente catino
Durum olus, & populi cribro decussa farina.
Tentemus fauces. tenero lateri hucus in ore
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.
Alges, cū excussit mēbris timor albus aristas.

A. P E R S I I

Nunc face supposita, feruescit sanguis, & ira
 Scintillant oculi, dicisq; facisq;, quod ipse
 Non sani esse hominis, nō sanus iuret Orestes.

Ecphrasis.

Miser quispiam iuuenis ait medico: Tange venas me-
 as, et pone dexteram tuam in pectore meo. Respondet me-
 dicus: Nullum in te febricitantis calorē deprehendo. Ju-
 uenis: Et attinge extremitates pedum ac manuum mearum.
 Medicus: Non frigent, sed alium in te morbum deprehē-
 do. Cum enim corpore sano sis, mente nō recte vales, nam
 et auaritia et libidine estuas. Si forte pecuniam vidisti, siue
 formosa vicini puella molliter tibi subrisit, cor recte tibi fa-
 sit. At si durum olus appositum est frigido catino, et panis
 plebeius ac secundarius, tentemus fauces tuas, putre hul-
 cus latet in ore tenero, quod haud deceat tangere vulga-
 ri olere. Alges, quando timor pallore inducēs excussit mē-
 bris pilos. Interdū materia subiecta, sanguis circa cor ef-
 feruescit, et oculi scintillant ira. Et dicis, et facis id, quod
 ipse Orestes non sanus iuret esse hominis non sani.

Scholia

Tange miser venas.) Deridet eum qui corpore se simu-
 lat egrotum, cū vitis animi laboret. Non frigent.) Nul-
 lum aduenientis febris indicium video. Solet enim frigus
 febrem precedere, ac tunc extreme partes prius frigere in-
 cipiunt. Visa est si forte pe.) Auarus (vt in quodam ser-
 mone diuus ait Ambrosius) grati⁹ aurum intuetur, quam
 solem videt. Subrisit molle.) Sic Propertius: Risit et ar-
 guto quiddam promisit ocello. Catino.) genus est vasis
 escarij. Timor albus.) ab effectu, facit enim pallidos. Cur
 cur palle- metuentes palleant, nō est in occulto. Natura em̄ cū qd
 ant et tre- de extrinsecus accidētibus metuit, in altum tota dirigitur,
 mant. sicut nos quoque cum timemus, latebras et loca nos occu-
 lētia querimus. Ergo tota descendens vt lateat, trahit se-
 cū sanguinem, quo velut carru semper vehitur. Hoc demer-
 so, humor dilutior cuti remanet, et inde palleat. Ideo ti-
 mentes et tremunt, q̄a virtus animę introsum fugiens ner-
 uos relinquit, quibus tenebat fortitudo membrorum, et in-
 de saltu tremoris agitantur. Aristas.) pilos qui in huma-
 no corpore velut ariste in spica sunt. Ariste proprie sunt acu-
 lei spicarum, dicte quod cito arescant. Excussit.) excuti-
 endo erexit. Virgilius: Obstupui, steteruntq; comę, et vox

faucibus hesit. Arist. problematum sectiōe 8. questione 18.
 docet quamobrem quoties inhorrescimus, pili eriguntur. *Ira.*
Ira. Feruescit sanguis. Ira em̄ est ebullitio sanguinis circa
 cor. Scintillant oca. Ovidius: Ora tument ira, nigrescūt
 sanguine venę, Lumina gorgoneo senius angue micant.
 Orestes. Hunc ob matricidij conscientiam furij exagi- *Orestes.*
 tatum fuisse notissimum est. Et igit̄ de insania cuiuspiam iu-
 ranti, ut qui sit expertus ipse, magis credendum videtur.

A R G V M E N T V M .

In quarta stultus rex, censorsq; notantur.

S A T Y R A Q V A R T A .

R Em populi tractas (barbatum hoc crede
 magistrum
 Dicere, sorbitio tollit quem dira ciuitas)
 Quo fretus? dic hoc magni pupille Pericli:
 Scilicet ingenium, & rerum prudentia uelox
 Ante pilos uenit, dicenda tacendaq; calles.
 Ergo ubi commota feruet plebecula bile,
 Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
 Maiestate manus, qd̄ deinde loquere? quirites
 Hoc puto non iustum est, illud male, rectius
 istud.
 Scis etenim iustum gemina suspendere lance
 Ancipitis libræ: uerum discernis, ubi inter
 Curua subit, uel cum fallit pede regula uaro:
 Et potis es nigrum uitio præfigere theta.
 Quin tu igitur summa nequiq; pelle decorus

A. P E R S I I

Ante diem blando caudam iactare popello
 Desinis, Anticyras melior sorbere meracas?
 Quæ tibi summa boni est? uncta uixisse patella
 Semper, & assiduo curata cuticula sole?
 Expecta, haud aliud respondeat hæc anus:

i nunc,

Dinomaches ego sum, suffla, sum cædidus, esto
 Dum ne deterius sapiat panucia Baucis,
 Cum bene discincto cantauerit ocyma uernæ.

Ephrasia.

Rempublicam tractas, crede Socratem philosophum, qui mortifero haustu cicute Athenis extinctus est, dicere hoc: O pupille magni Periclis, dic hoc quod confusus accedas ad tractandam rempublicam? Scilicet ingenium, et velox rerum prudentia venit tibi ante pubertatem, prudens nosti, quæ dicenda sint, et quæ tacenda. Ergo quando vulgus estuat furore et seditione, cupis auctoritate tua, manu significante, inducere facereque silentium multitudini concitate, quid tum dicturus es? Quirites opinor, hoc non est iustum illud male ageretur, istud rectius. Etenim scis suspendere iustum in duabus lancibus ancipitis libræ, et discernis rectum, quando miscetur inter curua, vel cum libræ lingua extremitate intorta fallit. Et potes præfigere vitioso homini mortiferum theta. Cur igitur tu frustra speciosus extrema cute, cum intus sis turpis, non desinis ostentare te ante tempus blandienti populo, qui aptior es puris et simplicibus elebori potionibus insaniam tuam purgare, quam per summam ambitionem ante tempus stultæ multitudinis temeritati te subicere? Quæ est tibi finis bonorum? an viuere semper epulis delicatis, et indulgere corporis voluptati? Expecta, hæc anus non aliud respondeat: I nunc et gloriare, et iacta, ego sum generosus, sum pulcher. Concedo quidem, dummodo scias hanc anam pannosam non sapere minus te, cum bene venalia proclamauerit pigro verne ocyma, et id genus herbas.

Scholia.

Rem populi tractas.) Hæc satyra ad Platonici dialo-

Et qui primus Alcibiades vocatur, exemplar veluti deli-
 neata est. Castigat apud Platonem Socrates Alcibiadem
 tãquam nihili hominem ac imperitum, nimisq; gloriosum,
 quod esset in Atheniensium concione dicturus, quę nesci-
 ret, ac disputaturus de iusto et iniusto, cum ipse iustorum at
 que iniustorum inscius foret, hic autem clanculum carpi
 tur Nero, qui vix dum pueritiã egressus, Romanum im-
 perium occupauit, cum per etatem et rerum imperitiã, quã
 agendum, quidve dicendum esset, ignoraret. Verum ne in
 principem suũ aperte videatur inuehi, Socratem inducit,
 qui Alcibiadem discipulum suum reprehendat. **Barbatum**
 magistrum. **Barbatum** philosophũ. **Juuenalis:** Barbatos licet admo-
 ueas mille inde magistros. **Cicute.** Cicuta herba est,
 cuius succo venenoso mortem obiit Socrates. **Apule. lib.**
10. de asino aureo: Nonne diuinę prudẽtię sener, quem sa-
 pientia pretulit cunctis mortalibus deus Delphicus, frau-
 de et inuidia nequissimę factionis circumuentus, vlenit cor-
 ruptor adolescentię, quam frenis coercebat, herbe pestilẽ-
 tis succo noxio peremptus est, relinquens ciuibus ignomi-
 nię perpetuę maculam? **Magni pupille Pericli.** Pericli
 pro Periclis, vt Achilli pro Achillis. Alcibiades, vt scribit
 Plutarchus, arcto gradu propinquitatis Pericli coniunctus
 erat, sub cuius tutela, mortuo Clinia patre, fuit. **Pupillus**
 dicitur qui orbatu est patre. **Pericles** dux fuit Athenien-
 um clarissimus. **Scilicet ingenium.** Hi decem versus
 ironicos legendi sunt. **Hoc puto.** Ita legendum vide-
 tur quibusdam doctissimis, quibus libenter assentior, tam-
 etũ Priscianus libro decimoquinto tradat quosdam puta-
 quoque aduerbium esse accipere, ideocq; Persium id corri-
 puisse. Sed id nec Priscianus approbat, nec nobis versũ vi-
 detur. **Uarus.** Uarus dicitur qui introsum pedes vel cru-
 ra obtorta habet. Accipitur pro obtorto et inflexo. **The-**
ta prefigere. significat damnare. **Mar.** Nosti mortiferum
 pretoris Castrice signum, Est opere precium discere theta
 nouum. **Ausonius:** Tuumq; nomen theta sectilis signet. ð
 apud veteres nota condemnationis fuit, quo significatur
 θάνατος, id est, mors. x vel, vt quidam tradunt, τ absolutio-
 nis, M. L. signum fuit ampliacionis, quod significat non li-
 quere, sed causam amplius agi oportere. **Summa neq-**
quam velle decorus. Horatius in epist. Introsum turpẽ,
 speciosum pelle decora. **Caudam iactare.** ostentare te,
 blandiundo, seu blandiri, et adulari, quod a canibus tractũ
 videtur. Dicitur et cauda blandiri, qui spe commodi cuiuspiã

Barbatum
magister

Pupillus.
Pericles.

Uarus.

proverbiũ

f

A. P E R S I I

Adulatur. Aristophanes in equitibus Erasmo interpretes
 Qui cauda alludens, cum coenam obseruat amica, Te spe
 ctante alio, tua edulia deuorat ille. Anticyras.) Strabo
Anticyra libro geographię nono, duas Anticyras ostendit, et in al-
 tera que sit post Crissam oppidum, elleborum nasci: in alte-
 ra eiusdem nominis, que sit ad sinum Maliacum et Oetam
 montem, optime temperari, atq; in eam quam plurimis e re-
proverbiū gionibus ad nauigari sanitatis gratia. Horatius: Nauiget
 Anticyram. Idem: Danda est ellebori multo pars maxima
proverbiū auaris. Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem,
 id est, qui quid ellebori in Anticyra vel nascitur vel sumi-
 tur. Ita et hic Anticyram pro elleboro posuit. Ad insanum
 proverbialiter dicitur: Bibe elleborum, et elleborum ede, el-
 leboro te purga, propterea quod olim plurimus usus fue-
 rit huius herbe ad leuanda capitis et mentis vitia. Lucianus
 in dialogo Menippi ac Tatali: Desipis Tantale, ut ve-
 re dicam, elleboro potu tibi est opus, eoque sane meraco. Ho-
 ratius: Expulit elleboro morbum bilemque meraco. Quid.
 I bibe, dixissem purgates pectora succos. Quicquid et in to-
 ta nascitur Anticyra. Que tibi.) perperam quidam legunt,
Dinoma- quo. Dinomaches.) Hic Atheniensis vir clarissimus fuit,
ches. a quo genus maternum duxit Alcibiades. Pannucia.) pa-
Pannuci nosa. Pannucius dicitur pannosus et vilibus vestimentis in-
Baucis. datus. Baucis.) inopis foemine nomen est sumptum, ut vi-
Ocimum. detur, ex Ouidio. Ocima.) Ocimum est herba hortensis bo-
 ni odoris, grece scribitur *ωκίμον*, inuenitur et per *γ ωκίμον*.
 Sunt qui hoc loco scribendum dicant per 3 ozima, deductumque
 nomen ab *ὄζειν*, quod est redolere. Horum iudicio ozi-
 mum est herba odorata condimentis idonea. Ocimum ve-
 ro pabuli genus, quo bobus aluum sisti tradunt.

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo?
 Sed præcedenti spectatur mantica tergo,
 Quæsieris nostin' Vectidi prædia? cuius?
 Diues arat Curibus, quantum non miluus ob-
 erret.

Hunc ais? hunc, dijs iratis, genioque sinistro:
 Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit,
 Seriolæ veteris metuens deradere limum.

Ingemit, hoc bene sit, tunicatū cū sale mordēs
 Cepe, & farratam pueris plaudentibus ollam,
 Pannosam facem morientis sorbet aceti.

Ephraïsis.

Quomodo nemo tentat descendere in sese? nemo inquit
 sua ipsius vitia perscrutatur, sed aliorum semper vitia cer-
 nimus. Si quæsieris ex aliquo: Nosti ne prædia Uectidij?
 Respondet ille te interrogans: Cuius Uectidij? Respon-
 det ei: Illius Uectidij, qui diues arat Curibus tantū agri quā-
 tum miluus nō circumuolet. Respon- det ille tibi: Nis ne hūc
 Uectidium? noui hunc hominem, uiuentem dijs iratis, & ge-
 nio aduersante, qui tam auarus est, ut arando, etiam in cō-
 pitis aratrum figat, atq; aliquam partem attrite vię aratio-
 ne comminuat: qui metuens deradere limum veteris serio-
 lę, vehementer gemit, dicēs: Hoc deus bene vertat, & mor-
 dens tunicatū cepe cum sale, ac pultem ex farre, sorbet pā-
 nosam fęcē deficientis aceti, pueri letantibus.

Scholia.

Ut nemo.) Inuehitur in eos, qui cito vident aliena vi-
 tia, cum ad sua sint inquirenda tardissimi. Nemo.) Hanc
 dictionem geminat ad maiorem admirationem, effectusq; **proverbia**
 sui expressionem in legentium animis imprimendam. In se
 descēdere, est sua ipsius vitia quæpiam inspicere, transla-
 tū vel a fodinis, vel a cellis, in quas q̄ descendūt, qđ illic re-
 positū reconditūq; sit nosse possunt. Sed prec. spe. m. t.)
 Finxit Aesopus singulos mortales binas habere māticas,
 hoc est, peras, alterā añ pectus, alterā a scapulis, tergoq;
 propendentē. Sed in puorē (inqt) aliena vitia immittim? **proverbia**
 in posteriora nostra. Catul. Sed nō videmus mātice quod
 in tergo est. i. non videmus nra ipsorū vitia, cū aliena curi-
 olis oculis perspiciamus. Seneca taxās id genus hoies p-
 posteros? Papulas, inqt, obseruatis alienas, obsiti plurimis
 hulceribus. Cōsimilis est illa euangelica sententia, quę eos
 accusat, qui in alieno oculo festucam videntes, in suo trabē
 nō aspiciunt. Diuus Hiero. Qui per trabem oculi sui festu-
 cam alterius nitatur eruere. Hoc hominum genus Hora.
 eleganter notat: Cū tua peruideas oculis mala lippus in-
 unctis, Cur in amicorum vitis tam cernis acutum, Quam **Mantica.**
 aut aquila, aut serpens Epidaurius? Mantica, est sacculus
 scortens sarcinulis ferendis aptus. Lucilius:
 Mantica canterij costas grauitate premebat.

A. PERSII

Nectidi^o. Nectidi. Nectidium posuit pro viro diuite & locuplete. Curibus. Cures vrbs quondam Sabinorum insignis, nunc autem viculus. Quantum non m. ob.) Prouerbia-
lis est hyperbole, de homine supra modum locuplete, cui tantum sit agrorum, quantum nec miluus peruolet. Hoc imi-
tatus Iuuenalis: Tot miluis, inqt, intra tua pascua lassis.
Dys iratis.) Sic Terentius: Nescio, nisi deos iratos fu-
isse mihi satis scio, qui auscultauerim ei. Idem: Mihi vsu, ve-
nit hoc scio, Memini relinqui me, deo irato meo. Horatius:
Immertusq; laborat Fratis natus pariter dijs, atque poe-
tis. Sento sinistro.) nature deo parum propicio. Auar^o
enim dicitur genium defraudare. Senius malus prouerbi-
aliter dicitur pro demone aduerso, et infortunium adferen-
ti. Qui quandoque iugum.) Qui ita auarus est, vt arā-
do etiam in compitis aratrum figat, atque aliquam partē
attrite vię aratione comminuat. Sunt qui ad compitalia re-
ferentes dicant eum ita auarum esse, vt cum compitalia sa-
cra fierent, ceteris feriatis, ipse antequam ad sacra perge-
ret, terram araret, atque subinde cum bobus et aratro ad
sacrificium post arationem accederet. Possumus et hunc
sensum elicere: Qui quandoque iugum pertusa ad compita
figit, id est, qui aliquando boves suos figit ad compita per
fracta, vt ibi pascantur qualicumque gramine ex via publi-
ca, quo parcat pabulo suo. Non placet eorum expositio, q̄
quandoque duas dictiunculas faciunt, omnem adimentes
poete elegantiam, qui si id voluisset, non que superuacuum
posuisset sed ita potuisset multo rectius dicere: Quis quā-
do iugum et cetera. Hoc bene sit.) grece καλῶς ἔσω,
bene sit, omnis vox est, qua vtebantur rem quampiam no-
uam & arduam auspicientes. Hic per ironiam posuit de re ri-
dicula nulliusq; momenti, perinde quasi maxima. **No-**
uem versus nimis impuri de industria sunt omitti, ne pudē-
cę iuuentutis aures foedis vitijs offendantur.

Inq̄sdam
exposito-
res.

proverbiū

Cædimus, inq; uicem præbemus crura sagittis.
 Viuitur hoc pacto, sic nouimus: ilia subter
 Cæcum uulnus habes, sed lato balteus auro
 Protegit: ut mauis, da uerba, & decipe nervos.
 Si potes. Egregium cum me uicina dicat,
 Non credam? Viso si palles improbe nummo.



Si facis in penem quicquid tibi uenit amarum,
 Si puteal multa cautus uibice flagellas,
 Nequiquam populo bibulas donaueris aures.
Respue quod non es, tollat sua munera cerdo.
 Tecū habita, & noris q̄ sit tibi curta supellex.

Ecphrasis.

Uicissim carpimus, et carpimur. Mortalium uita hoc modo agitur, ita uiuere didicimus. Habes occultum vulnus subter ilia, sed balteus lati auri protegit id, quo minus uideatur: age ut manus, da uerba, et falle vires tuas, si potes. Irritatus his uerbis gloriosus homo: An, inquit, non credam me esse uirum egregium, cum vicini me talem predicent? Respondit poeta: O improbe, si palles uisa pecunia, si facis quicquid libido amarulenta tibi imperauit, si cautus grauib⁹ usuris debitores affligis, frustra applicaueris uulgo aures assentationum captatrices. Respue et ne assume tibi id quod non es. Auferat assentator suas adulationes. Domi tue uiue, et cognosce quam diminuta supellex sit tibi, quamq; multa desint.

Scholia.

Cedimus.) Commune mortaliū uicium esse dicit, ut alius alium reprehēdat. Est autem hic uersus prouerbialis, prouerbii cuius est hęc sententia: Uicissim carpimus, et carpimur: ridemus, et ridemur: mordemus, et mordemur: ledimus, et ledimur. Sumptum autem est a re militari. Horatius in epi. Cedimur et totidem plagis consumimus hostem. Sed lato. b. a. prot.) Sed hoc tuum scelus ab opibus tegitur. Quia uero ilia dixit, ideo balteo tegi subiūxit. Nam balteus cinguli militaris genus cum latum sit, ilia ipsa operit q̄ sub lateribus supra coxendices sita sunt. Balteus per t exi le scribendum est Da uerba.) Sicut miles uulneratus aliorum aspectū, dissimulato uulnere, fallere quidem potest, neruos autem et vires suas decipere nō potest, quibus uulneris dolor est detrimento, ita uiciosus homo uulgum decipere facile potest, occultando uicia sua, sed suam ipsius conscientiam fallere non potest. In penē amarum.) Ab effectu, q̄a multarū amaritudinū causa est uenerea libido. Uenit p̄teritū a uenio, nō a ueneo. Fallunt q̄ nodū in sirpo q̄rentes accipiunt pro uēditur. Puteal, locus Rome fuit ad quem cōueniebant fœneratores uel tribunal pretoris. Sē

A. III P E R S I A 2

Uibex.
Cerdo.

Proverbiū

bus est: Si grauis & molestus es debitoribus, dū vsuras eri-
gis, et cogis eos ad solutionem. **Uibex.** Uibex est signū,
quod relinquit scatica, dicta quod vi fiat. **Cerdo,** vilis ho-
mo lucrum sectās, qui artes iliberales exercet. **em** em
lucrum significat. Aut quod non minus placet, cerdo dici-
tur fraudulentus assentator, ab eo quod græce *κέρδιον* vul-
pes dicitur, vt alludat ad Aesopi apologum de vulpe & cor-
no, quem refert Apuleius in floridis: Assentator enim dū
maxime blanditur, tendit insidias et fraudem struit. **Te-**
cum habita. Id est, tuapte supellectile te metire, ac tuis ipsi-
us malis bonisve te ipsum expēde. Translatum ab ijs, qui
in principum familijs agunt, et ex alienis opibus, perinde
quasi suis intumescunt, quibus si domi viuendum sit, vix sa-
linum habeant, quod apponant **Horatius:**
Aedibus in nostris que praua aut recta gerantur.

A R G V M E N T V M.

Cornutum laudans aperit penultima seruo.

S A T Y R A Q V I N T A.

VAtibus hic mos est, centum sibi poscere
uoces,
Centum ora, & linguas optare in carmina cen-
tum,
Fabula seu mœsto ponatur hianda tragædo,
Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrū,
Quorsum hæc? aut quantas robusti carminis
offas
Ingeris, ut par sit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas Heliconæ legunto:
Si quibus aut Prognēs, aut si quibus olla Thy-
estæ

Feruebit, sæpe insulso cœnanda Glyconi.
 Tu neq; anhelâti, coquitur dum massa camino,
 Folle premis uentos : nec clauso murmure rau-
 cus,

Nescio quid, tecum graue cornicaris inepte:
 Nec sclopo tumidas intēdis rumpere buccas.
 Verba togæ sequeris, iunctura callidus acri
 Ore teris modico, pallentes radere mores
 Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.
 Hinc trahe quæ dicas mensamq; relinque My-
 cenis

Cum capite & pedibus, plebeiaq; prandia
 noris.

Ephrasis.

Hic mos est poetis, ut possint sibi centum voces et cœ-
 tum ora, et optent centum linguas ad componenda carmi-
 ne, siue tragœdia scribatur aperto ore proferēda ab histri-
 one, tristem vultum præferenti, siue heroica materia de p-
 llii Parthorum vulneratorum, et ferream cuspidem abin-
 guine ducentium. Cornutus Persii præceptor hæc audiēs,
 admiransq; eum interrogat: Quorsum hæc dicis? aut quan-
 tos tumores robusti carminis ingeris, ut equum sit centum
 vocibus ad cantandum contendere? Descripturi res gran-
 des, colligant nebulas ex Helicone, et inanem musarū opē
 inuocēt: si qui tragœdias composituri sunt de Progne, que
 marito filii cocti carnes edēdas apposuit: aut de Thyesta,
 cui Atreus frater filium deuorandum dedit, recitādas sæ-
 pe ab insulso Glycone. Tu neque premis anhelâti folle vē-
 tos, dum ferrum igni coquitur in fornace, nec raucus clau-
 so murmure, more cornicum garris inepte tecum graue,
 nescio quid. Nec intendis rumpere buccas tumidas sclo-
 po. Sequeris verba paci et foro conuenientia, et acutus cō-
 cinna versum compositione scribis ore modico, doctus car-
 pere vitia pallidos homines facientia, et notare liberali iō-
 co culpā. Deprome hinc q̄ dicas, et relinque Mycenis mē-
 sam cum capite et pedibus, ac cognosce plebeia conuiuia.

A. P E R S I I.

Scholia.

Uatibus hic mos est. Hęc satyza tendit primum in laudes Cornuti preceptoris, deinde varios hominum mores ostendens, quę sit vera libertas docet. Centeno gutture, centum gutturibus. Tu neq; anhelanti. Imitatio est Horatii: At tu conclusas hircinis follibus auras, Usq; laborantes dum ferrum molliat ignis, Ut maui, imitare. Est autem sumptū a fabris ferrarijs. Cornicaris. Cornicari est cornicum more garrere, quę velut strangulatam vocē emittunt. Sclopus. Sclopus est sonus qui emittitur e buccis spiritu inflatis. Myce. Mycenę vrbs Laconię, in quo Mycenę. Atreus Thyestę fratri filium apposuit comedendum.

Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis

Pagina turgescat .dare pondus idonea sumo.
 Secreti loquimur, tibi nunc hortante camœna
 Excutienda damus præcordia, quãtaq; nostræ
 Pars tua sit Cornute animæ, tibi dulcis amice
 Ostendisse iuuat. pulsa, dignoscere cautus
 Quid solidū crepet, & pictæ tectoria linguæ.
 Hic ego centenas ausim deposcere uoces,
 Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
 Voce trahā pura, totumq; hoc uerba resignēt,
 Quod latet arcana non enarrabile fibra.

Ephrasis.

Respondet Persius Cornuto preceptoris: Non equidem hoc studeo, ut liber idoneus addere rei leuissimę, qualis ē fumus, pondus et grauitatem, intumescat mihi bullatis nugis, et preturgidis quidem, sed inanibus fabulis. Tu mi preceptor et ego secreti, et sine arbitris loquimur. Offerimus nunc tibi animum nostrum examinandum, idq; musa incitante, et o Cornute dulcis amice, iuuat me ostendere tibi, quanta pars animę meę sit tua, pulsa et inquire, ut qui cautus es et peritus discernere, quę uerba proficiantur ex in

tegra mente, & quę ex adulatricis lingue pretextu. Ego au-
 sim hic optare centum voces, vt de promā pura & fideli vo-
 ce. quantum infiri te mihi, in pectore meo amoris gratięq;
 capaci, & vt verba mea detegant hoc totū, quod non enar-
 rabile reconditum est in intimis cordis mei penetralibus.

Scholia.

Hic ostendit Persius quantum gratię pius discipulus p-
 ceptori debeat, a quo bonis morib⁹, & philosophię studiis
 institutus est. Bullatis nugis, id est, mani perstreptentiū **proverbiū**
 vocum congerie, in quibus nihil subsit solidioris sententię. **Bullatus.**
 Horatius in arte poetica nugas canoras vocavit. Bullata
 dicuntur ventosa atq; inania, sumpta metaphora a bullis:
 quę in aqua repente apparent, repente evanescent. Pulsa,
 id est, explora, inquire. Metaphora est ab his sumpta, qui
 pulsanda fictilia explorant, quorum sonus surdus est, si ri-
 mosa sunt: si vero solida, acutus. Tectoria, pretextus & fu- **Tectoriū.**
 cos. Tectorium est incrustatio, quę ex calce vel gypso pari-
 etibus superinduci solet. Plinius: Nulla in Apellistecto-
 rijs pictura erat, nondum libebat parietes totos pingere.
 Nomen habet a tegendo. Metaphora igitur sumpta est a
 parietibus, qui etsi veteres sunt, tectorio tamē inducto no-
 ui videntur, maxime si picture decor accedat. Hunc locum
 diuus Aurelius Augustinus, Volusiano scribens, imitatus
 est: Hortor, vt valeo, vt literarum vere certeꝫ sanctarum
 studio te curam non pigeat impendere. Syncera enim et
 solida res est, nec fucatis eloquijs ambit ad animum, nec vl-
 lo lingue tectorio inane aliquid ac pendulum crepitat.
 Sinuoso in p. Plinius in episto. Vita hominis altos recess-
 fus, magnasq; latebras habet.

Cū primū pavidō custos mihi purpura cessit,
 Bullaq; succinctus laribus donata pependit,
 Cum blandi comites, totaq; impune suburra
 Permisit sparsisse oculos, iam candidus umbo,
 Cumq; iter ambiguum est, & uitæ nescius error
 Diducit trepidas ramosa in compita mentes,
 Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos
 Socratico Cornute sinu, tunc fallere solers

f v

A. P E R S I I.

Apposita intortos extendit regula mores,
Et premitur ratione animus, uinciq; laborat,
Artificemq; tuo ducit sub pollice uultum.
Tecum etenim longos memini consumere so-
les,

Et tecum primas epulis decerpere noctes,
Vnū opus & requiē pariter disponimus ambo,
Atq; uerecunda laxamus seria mensa.

Non equidem hoc dubites, amborum fœdere
certo

Consentire dies, & ab uno sidere duci,
Nostra uel æquali suspendit tempora libra
Parca tenax ueri, seu nata fidelibus hora
Diuidit in geminos concordia fata duorum,
Saturnumq; grauē nostro Ioue frangimus una,
Nescio quod, certe est, quod me tibi temperat
astrum

Ecphrasis.

Cum primum prætexta a me pavidò, & sub custodis im-
perio constituto deposita est, et bulla donata laribus qui
caninis induti pellibus, eas succingunt, pependit: cum blã-
di comites, & pura uirilisque toga induta iam permiserūt me
vagari licenter per totam suburbam, & cum iter incertum ē
& error nescius uerę uitę diducit animos ambiguos in locū
ubi diuersis uis coeuntibus, varię capiuntur deliberatio-
nes, o Cornute supposui me tibi, tu suscipis adolescentiam
meam philosophico sinu. Tunc moderatio & doctrina tua
discipulos ad honesta studia dolis allicere callida mihi ap-
plicata, corrigit & emendat prauos mores, appetitus ratio-
ne cohibetur, ac non sine labore a turpibus auocatur, ar-
tificiosamq; imaginem ex tua informatione accipit. Etenim
memini me tecum transegisse longos dies, & decerpisse te-
cum epulis primas noctium partes. Ambo simul, & eisdem

operi intendimus, et requiescimus, seuerioribusq; interdū studiis ad mentiam depositis, iocos et sales modeste inspergimus. Non equidem dubites hoc, dies amborum conuenire certa conditiōe, et duci ab vno sidere, siue parca tenax veri, suspendit tempora nostra equali libra. siue hora apta fidis, qui nascuntur, efficiendis, digerit in geminos vitam nostram concordem ex fatis pendētem, et Saturni molestiā Iouis nobis propiciū prosperitate simul temperamus. Certe sidus aliquod est, quod me concordem tibi facit, quod autem sit nescio.

Scholia.

Cum primum pauido.) Postquā ex ephēbis discessi, me tibi coniunxi, tuamq; institutionem secutus sum. Custos purpura.) Pretexam significat, quę simul cū bulla in vsu nobilium puerorum vsurpata est. Laribus d.) Generosi adolescentis pueritię annos egressi, auream bullam laribus suspendebant. Horatius in serm. Januę donasse catenam Ex voto laribus querebat. Suburra.) Hęc regio Romę fuit celebratissima, in qua meretrices habitabāt. Umbo) Umbonem esse mediam clypei partem eminentiorem, et p scuto interdum accipi docent grammatici, et sciunt omnes. Papinius: Jam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo Hic autem accipitur pro veste, qua adolescentuli die tyrociniū induebantur, quam M. Tullius et Plinius togā puram a candore nuncupant, cuius et Sidonius fecit mentionem. Ducit sub pollice vultū.) Metaphora sumpta ab his qui cereas imagines formant. Iuuenalis. Ut mores tene-ros ceu pollice ducat, Ut si quis cera vultum facit. Non equidem hoc dubites.) Equidem pro quidem posuit, cum equidem fere iungat verbo pumę personę, sed erudite nūc ad Cornutum (quem alterum significat) loquens, equidem dubites dixit, quasi diceret: Nec ego quidē hoc dubitem, nec tu qui es alter ego, hoc dubites, vitam vtriusq; nostrū consentire certo foedere. Nostra vel equali.) Siue inqt. sub libra, siue sub geminis, et quocunq; alio sidere nati sumus, hoc vnum constat nos cuiuspiam sideris beneficio pari morum qualitate coniungi, et eiusdem esse voluntatis.

Suburra.
Umbo

Equidem

Mille hominum species, & rerum discolor usus
Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno.
Mercibus hic Italica mutat sub sole recenti

A. P E R S I I

Rugosum piper, & pallentis grana cymini.
 Hic satur irriguo mauult turgescere somno.
 Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
 In uenerem est putris: sed cū lapidosa chiragra
 Fregerit articulos ueteris ramalia fagi,
 Tunc crassos transisse dies, lucemq; palustrem,
 Et sibi iam seri uitam ingemuere relictam.
 At te nocturnis iuuat impallescere chartis,
 Cultor enim iuuenum, purgatas inseris aures
 Fruge Cleanthea. petite hinc iuuenesq; senesq;
 Finem animo certum, miserisq; uiatica canis.
 Cras hoc fiet. Idem cras fiet. Quid quasi ma-
 gnum
 Nempe diem donas? Sed cum lux altera uenit,
 Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud
 cras
 Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.
 Nam quis prope te, quis temone sub uno,
 Vertentem sese frustra sectabere canthum,
 Cum rota posterior curras, & in axe secundo.

Ephrasia.

Mille sunt hominum forme, & dissimilis est rerum usus,
 Sua cuiq; voluntas est, nec vno voto uiuitur. Hic in orien-
 te merces Italicas dat pro rugoso pipere, & granis cumi-
 ni pallidos faciētis. Ali' satur mauult pinguescere somno,
 quo velut riuo irrigatur. Alius vacat lusibus campestri-
 bus, alium reddit alea sollicitū, alius ita rei venereq; dat ope-
 ram, vt eius vires resoluantur: verum postquā nudosa chi-
 ragra fregerit articulos, manus & brachia corporis senio
 confecti tunc, sero dolentes queruntur, in rerum ignoratio-
 ne, tanquam in tenebris, & in omni luxurie genere, velut in
 paludibus ac cœno se vixisse, atq; vitā miserabilem morbo-

rumque plenam, sibi relictam ingemiscunt: At delectat te ad pallorem usque inuigilare libris, quos et noctibus euoluas. Tu enim eruditor iuuenum, repleas aures eorum vitis expurgatorum bene attetas philosophia stoica. O iuuenes et senes, petite ex hac certum finem animo, et viatica ad senectutem miseram alioqui futuram. Loquitur iam desidiosus procrastinator: Hoc fiet cras, hodie quidem voluptatibus indulgebo: cras autem philosophiae studiis incumbere incipiam. Persius: Idem quod hodie a te fit, cras fiet. Desidiosus: Quid ais? nempe concedis ne mihi egre diem unum, quasi quippiam magnum? Respondet Persius: Sed cum lux altera venit, iam consumpsimus cras hesternum, ecce aliud cras euacuat hos annos vite nostrae, et erit ultra distabitque semper aliquantulum a nobis, ita ut nunquam contingere possim. Nam sectaberis frustra cathum vertentem sese, quamuis prope te, quamuis sub vno temone, cum currendo sis rota posterior, et in axe secundo.

Scholia.

Mille hominum species.) Diuersa mortalium studia esse prouerbiū ostendens. Cornutum philosophari dicit, et sapientiae amore duci, cui non nisi quilibet animo sit, vacare possit. Terentius in Phormione: Quot homines, tot sententiae, suis cuique mos est. Horatius in serm. Quot capitum viuunt, totidem studioꝝ Millia. Plinius iunior epist. lib. 1. Varia sunt hominum iudicia, variae voluntates. Mercurius hic Italus) Horatium imitatur dicentem: Hic mutat merces surgente a sole, ad eum quo Uespertina tepet regio. Cymini pallentis.) eo quod pallorem bibentibus gignit. Hora. Quod si pallorem casu, biberent ex angue cymini. Irriguo.) Irriguum somnum dixit, quod membra in riuum morem campos praeterlabentis irrigat. Maro: Fessos sopor irrigat artus. Irriguus, teste Seruio dicitur qui irrigat, et qui irrigatur. Virgilius: Irriguusque bibant violaria fontem. Hic campo indulget.) Obiter inania vitiosaque studia, pecuniae, somni, campestrium lutionum, alee, veneris taxat, ut eo laudabilius sit studium Cornuti. Chiragra.) graece χείρα, morbus articularis manus, sic dicta, quod χείρας, id est, manus, χείρας, id est, capit. Huius dictionis prima cum apud Graecos diphthongo pducatur, apud Latinos tamen nonnunquam corripitur, ut, hoc loco, et apud Horatium lib. serm. 1. Postquam illi in sta chiragra contudit articulos Item apud Martia. Litigat et podagra Diodorus Flacce laborat. Sed nil patrono porrigit, haec chiragra est. Kamalia, Manus, brachia, et pe-

Irriguus

Chiragra

A. PERSII

Cultor

proverbii

Cleantes.
Siantis p
ceptum.

Canthus

Aris

des, que per translationem rami corporis dicuntur. (Fagi.)
 Permanet in metaphora. (Impallescere.) Nimio enim stu-
 dio palloz contrahitur. Juuenalis: Tunc vtile multis pal-
 lere, & toto vinum nescire decembri. Cultor. Doctor. Phi-
 losophia enim est, quasi cultura animi. Cicero Tusculana-
 rum quest. lib. 2. Cultura autem animi philosophia est, que
 extrahit vitia radicitus & preparat animos ad satius acci-
 piendos, eaq; mandat his, & (vt ita dicam) serit, que adulta
 fructus hibernissimos ferant. Purgatas aures.) Id est, vi-
 tijs extirpatis liberatas. Hierocles: Sapientie studiu est,
 quod in purgatione & perfectione humane vite versatur.
 Purgamur em p philosophia a nostra terrena ignorantia,
 & mortalis corporis specie. Per philosophiam quoq; ad p-
 fectionem venimus, qua proprium & innatum nobis vigo-
 rem assumentes ad similitudinem dei traducimur. Dicunt
 & purgate aures proverbialiter pro attentis & vacuis. Ho-
 ratius in epist. Est mihi purgatam credo qui personet au-
 rem. Plautus: Perpurgatis ambo damus tibi operam auri-
 bus. Inferis fruge. Venuste perstat in metaphora. Cle-
 anthes.) Cleantes philosophus fuit Zenonis successor in
 Stoica disciplina, in qua cum primis eruditus fuit Cornu-
 tus. Uatica.) Referur a Diogene Laertio vtilissimum Si-
 antis pceptum: Uaticum tibi ab adolescentia ad senectu-
 tem sapientiam compara. Ea quippe sola est certa veraq;
 possessio. Nam quamuis prope te.) Optima similitudo
 a curru translata. Quamuis enim, inquit, te cras inchoatu-
 rum semper dicas, nunquam tamen incipies, quemadmo-
 dum euenit in quadrigis, in quibus secundi aris rota, licet
 priori semper instet, eam tñ nunq; assequit. Canthū.) Can-
 thus est ferrum, quo rote extremitates vinciuntur. In axe
 secundo.) Quadrigę duos rotarum ordines cum habeant,
 duplici quoq; axe vertuntur. Axis vero stipes teres est cir-
 ca quem rota versatur.

Libertate opus est, nō hac, qua, ut qsq; Velina,
 Publius emeruit, scabrosum tesserula far
 Possidet, heu steriles ueri, quibus una quiritem
 Vertigo facit, Hic Dama est, non tressis agaso,
 Vappa, & lippus, & in tenui farragine mēdax:
 Verterit hunc dñs, momento turbinis exit

Marcus Dama: papæ Marco spōdente recusas
 Cedere tu nummos? Marco sub iudice palles?
 Marcus dixit, ita est: assigna Marce tabellas.
 Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant:
 An quisquam est alius liber, nisi ducere uitam
 Cui licet, ut uoluit? licet ut uolo uiuere, nō sum
 Liberior Bruto? mendose colligis, inquit
 Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto:
 Hæc reliqua accipio, licet ut uolo uiuere, tolle.

¶ Euphrasis.

Opus est libertate, non hac, per quam quisq; postquam seruire destitit, accepto Publii prenomine, possidet Uelina tesserula scabrosam far, sed animi libertate. Heu ignari uertatis, quibus una uertigo facit ciuem Romanū. Hic Dama est agaso non trium assium, nugator, et lippus, et mendax in re minima. Si dominus circumegerit hunc, euadit momento uertiginis Marcus Dama. Papæ tu recusas credere aliis nummos. Marco se sponsozem interponente: palles et times sub Marco iudice causa tua pendente? et sic Marcus dixit: Ita est: tu non adhibens uerbis eius fidem, respondes: Marce assigna tabellas, et doce istud ita esse. Hæc est mera libertas, pilea donant nobis hanc. Ironicos autē hoc pronuntiandum est. M. Dama. An quisquam alius est liber nisi is cui licet uiuere, ut uoluit? Licet autem mihi uiuere ut uolo, nonne igitur sum liberior Bruto? Stoicus habens aurem lotam mordaci aceto, beneq; purgatam, ac eruditā, inquit tunc: ffalse argumentaris. Admitto hæc reliqua, nō admitto istud quod inquis, licet ut uolo uiuere.

Scholia.

Libertate opus est. Ad certum animi finem consequē Uelina dum, recteq; philosophandum, libertate animi opus esse demonstrat. Uelina tesserula. Serui enim accepta libertate, quirites facti, in tribus distribuebantur, et frumentum publice datum, exhibita tessera accipiebant. Uelina tribus dicta est a Uelia colle urbis. Publius. Publius, Lucius Uelia Caius, Marcus, et id genus alia prenomina sunt, que seruis indere non licebat, antequam manumitterentur, et ci-

Uelia
 Publius
 Marcus

A. P E R S I I

- Scabrosus** ues fierent. Scabrosum.) asperum, scabrum, legitur et scabrosum. **Tesserula** biosum. Tesserula.) signo quo frumentum accipiebant.
- Uertigo.** Uertigo.) circumactio. Seruus enim cum manumittebatur a domino, imposita eius capiti manu vertebatur, ut ostenderetur licere iam ipsi pro suo arbitrio, quorsum uellet moueri. Seneca in octaua primi libri ad Lucilium epistola: Philosophiæ, inquit, seruias oportet, ut tibi contingat uera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiecit et tradidit, statim circumagitur. Hoc enim ipsum philosophiæ seruire libertas est. Circumagitur, hoc est, manumittitur liberaturque. **Dama.** (Nomen serui nequissimi ex Horatio sumptum. Non tressis.) non trium assium, id est, contemptissimus. Homo non tressis, dicitur abiectissimus, quasi non tribus assibus estimandus. Asses dixerunt erei nummuli generis. **Agaso.** Agaso.) qui iumentorum curandorum curam habet. **Uappa.** Uappa.) proprie uinum, quod iterum sponte deferbuit, saporemque amisit: accipitur pro uili et inerti homine.
- Turbo.** Lippus.) uiciosus a corpore transfertur ad animum. Turbinis.) hæc est antiqua et uera lectio, tamen si uulgo temporis legatur. Turbinem autem metaphoricis appellat, quam uertiginem supra dixit, quod seruus a domino ad turbinis similitudinem vertebatur circumagebaturque. Hæc mera libertas.) **Fronia** est. **Pilea.** Serui cum manumittebantur, in templo **Feroniæ**, quæ libertorum dea prehibebatur, raso capite pileum accipiebant. Ad pileum uocare prouerbialiter dicitur pro eo, quod est ad libertatem inuitare. Macrobius libro saturnalium primo: Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio suo deicere, et quodammodo ad pileum seruos uocare. Suetonius: Seruisque ad pileum frustra uocatis, in Siciliam profugit. Uidetur autem pileum præscis insigne fuisse uirtutis spectatæ, ut hinc fluxerit mos, ut qui magistri doctorisque titulo decorantur, pileum accipiant. An quisquam est alius liber.) Omnes syllogismi partes complexus est, qui constat ex propositione, assumptione et illatione, quam plerique conclusionem uocant. Utitur etiam loco dialectico, qui dicitur a diffinitione. **Libertas** enim est potestas uiuendi ut uelis. Uel libertas est uide te dominium. **Bruto.** Hic expulsis urbe tyrannis uindex fuit Romanæ libertatis. Licet ut uo. vi. tol.) Assumptio nem non probat, qua ille assererat licere sibi ut uellet uinere. Ostendit autem neminem uiuere ut uult, præter eum qui recta sequitur, et cui uiuendi uia considerata atque prouisa est.

Vindicta postquam meus à prætore recessi,
 Cur mihi non liceat, iussit quodcunq; uolūtas,
 Excepto, quod Mansuri rubrica notauit:
 Disce, sed ira cadat naso, rugosaq; fanna,
 Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello.
 Non prætoris erit stultis dare tenuia rerum
 Officia, atq; usum rapidæ permittere uitæ.
 Sambucam citius caloni aptaueris alto.
 Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem:
 Ne liceat facere id, quod quis uitiauit agendo.
 Publica lex hominū, naturaq; cōtinet hoc fas,
 Ut teneat uetitos inscitia debilis actus.
 Diluis elleborum, certo compescere puncto
 Nescius examen, uetat hoc natura medendi,
 Nauim si poscat sibi peronatus arator
 Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
 Frontem de rebus: tibi recto uiuere talo
 Ars dedit, & ueri speciem dignoscere calles,
 Ne qua subærato mendosum tinniat auro.
 Quæq; sequēda forent, quæq; euitāda uicissim,
 Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.
 Es modicus uoti, presso lare, dulcis amicis,
 Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes:
 Inq; luto fixum possis trāscendere nummum,
 Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem:
 Hæc mea sunt, teneo, cum uere dixeris: esto
 Liberq; ac sapiens, prætoribus ac Ioue dextro,
 Sin tu (cum fueris nostræ paulo ante farinæ)

In vovfrolon v vovfrolon
animi hominis

A. P E R S I I

Pelliculam veterem retines, & fronte politus

Astutam uapido seruas sub pectore vulpem.

Quæ dederam supra, repeto, funemq; reduco.

Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas.

Ecquid tam paruum est? Sed nullo thure litabis.

Hæreat in stultis breuis ut semuncia recti.

Hæc miscere nefas: nec cum sis cætera fossor,

Treis tantum ad numeros satyri moueare Ba-
thylli.

Liber ego. Vnde datum hoc sumis tot subdite
rebus?

Ad dñm ignoras, nisi quem uindicta relaxat?

Ephrasis.

M. Dama: postquam me liberum vindicta pretor fecit, cur mihi nō liceat facere quodcunque volui, his exceptis, que leges monent non esse facienda? Poeta: Disce que sit vera libertas, sed ira decidat naso tuo, et rugosa sanna, dū extraho tibi de pulmone anilia deliramenta, que diu tenuisti. Non erit pretoris dare stultis subtilia officia rerum, et acuta sapientiæ precepta, atque permittere vt celeris vita suo vtatur arbitrio. Citius fieri poterit, vt prelongus calo sambucam apte intendat, quam vt pretor stultum hominē officiis instituat, et vere liberū faciat. Ratio stat cōtra te, et clamat in aurem secretam: Ne liceat facere id, quod quis dum agit, vitiose agit. Publica hominū lege & naturali hoc fas constitutum est, vt etiam insci ac rudes, a quibus debeant abstinere, cognoscant. Nis temperare elleborum nesciens iustum pondus abhibere, ars medicine non permittit hoc. Si rusticus perone calceatus luciferū non cognoscēs, velit gubernare nauim, Melicerta exclamet nihil loci reliquam esse pudori. Si virtus dedit tibi viuere recta ratione, et scis discernere a vero, veri apparentiam ne qua species veri auri tinnitu te fallat, cum sit aurum suberatum, et si signasti prius creta, que essent amplectenda: et mox carbone, que forent ediuerso euitanda: si es appetitu moderato, humili domo contentus, iucundus amicis, ita vt aliquā-

do parsimonia, aliquam liberalitate utaris, et possis transcen-
dere, contemnereque nummum a pueris in luto fixum, nec cum
magna metis anxietate lucro inhiare, quemadmodum gu-
losus sapidas epulas appetenter absumit: Cum dixeris ve-
re haec officia mea sunt, et obseruo ea, tum sis et liber et sa-
piens, humano diuinoque iure concedentibus. At si tu reti-
nes veterem pelliculam, cum fueris pauloante nostrae fari-
nae, et pro te ferens boni viri speciem, intrinsecus es fraudu-
lentus, repeto ea, quae dederam tibi supra, sapientiam et li-
bertatem, et vinculis seruitutis iterum te astringo. Ratio ni-
hil tibi concessit, exere digitum, et iam peccas. Dama: Num-
quid tam paruum est, quam recte digitum exerere? Poeta:
Sed tamen si minimū sit istud, tamen nullo sacrificio a diis
impetrabis, ut breuis semuncia recte rationis sit in stultis.
Miscere enim sapientiam cum stultitia, nefas est. Et non pos-
sis saltare ad tres tantum numeros Bathylli saltatoris, cum
sis fossor per cetera. Dama: Ego sum liber. Poeta: Cum tot
vitijs subiectus sis, unde tibi libertatem audes assumere?
An non existimas alium dominum tibi esse praeter eum, a
quo te praetor liberavit?

Scholia.

Vindicta. virga est, qua serui tacti a praetore in liberta-
tem asserebantur. Dicta est autem a Vindicio seruo, qui con-
iuratos volentes in urbem recipere Tarquinos perdidit au-
tore Lino: premium iudici pecunia ex erario, libertas et ci-
uitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus Priscia-
nus de constructione scribens, vindictam accipit hoc loco
pro liberatione. Mens. mei iuris. Excepto quod Man-
suri rubrica notauit. Ita hic versus est legendus, et legi-
tur in antiquissimis codicibus, ut Marinius Scodrensis te-
statur. Stulte igitur quidam literatores ex hoc versu cona-
tur ostendere, veto, facere etiam praeteritum vetari, quod si
verum esset, nequaquam tacuisset Priscianus, qui ut alios
poetas, ita et Persium diligentissime dispexit. Mansu-
ri. Mansurius secunda producta, cum apud Athenam le-
gatur *μανσοῦριος*, fuit eques Romanus tempore Tiberii
iurisconsultus non incelebris, et publice scripsit. Eius cre-
bra mentio sit apud Aulum Gellium. Rubrica. titulus legis.
Notauit. signauit, et vitanda admonuit. Ira cadat naso.
A canibus sumptum videtur, quod naribus in rugam contractis iram de-
monstrat. Veteres anias, aniles opiniones. Anicularum delira-
menta, puerbiallyter dicunt de nugis inanibus, cuiusmodi solent

Vindicta;

In gramma-
tistas.

Mansurius

proverbia

proverbia

A. P E R S I I

De pulmo effutire vetule, cum iam sexus vitio vitium etatis accedens,
ne renelle nugacitatis morbum conduplicat. De pulmone renello.)
re. De pulmone reuelleri prouerbialiter significat stultam et
arrogantem opinionem animo eximere. Philosophi tumo-
rem animi, fastumq; in pulmone collocant, vnde *μεγαθυμι*
apud Grecos, id est, magnum spirare, et Persius satyra. i.
Grande aliquid, quod pulmo anime prelargus anhelet.

Libertas Tenuis.) Trium syllabarum in hoc metro est, vt ex voca-
prouerbiu li facta consonante, nisi malis proceleusmaticum dare quin-
Sambuca te regioni. Usus vite, id est, libertatem. Nam ex Platonis
doctrina, Libertas est vite dominium et affectio in possessi-
one et vsu rerum minime parca. Sambucam citius.) pro-
nerbialis versus, quo licebit vti cum significabimus aliquem
a disciplina percipiendam, siue munere gerendo nimis alie-
num esse. Siquidem sambuca organum est musicorum, quod

Calo.

haud quaquam congruat caloni. Calones autem vocantur,
militum ministri, qui vallos et ligna gestitant, vnde et no-
men inditum autumant grammatici. porro cum milites sint
imperiti musices, multo magis calones. Quanquam potest
non absurde accipi de sambuca militari machina, que ritu
organi musici chordis quibusdam intenditur. Ad hanc in-
tendendam haud quaquam idonei sunt calones, vtpote sto-
lidi et ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quod disci-
pline militaris prosum rudes sint, et indociles: vnde non ci-
tra *εμφορισ* addit alto, propterea quod homines prelongi
etiam prouerbio vecordie notantur *ενοος ο μακρος*, demens
qui longus. Sannit in aurem.) Imitatio est illius Teren-
tium in Phormione: Habet hec et quod dum viuat, vsque ad
aurem obganniat. Ne liceat.) Legitur et non liceat.

**Persii pro
presenti.**

Quod quis vitiauit agendo.) Vitiauit pro vitiat, preteritis
pro presenti posuit. tamen in nonnullis codicibus vitiauit
futurum legatur. Pusciano auctore, tam poetę, quam pro-
sarum scriptores, frequenter presentibus vtuntur tam pro
preteritis quam pro futuris. Contra autem raro. Terenti-
us in Andria: Sed si quid narrare ocepit, continuo dari ti-
bi verba censes, pro occipio, vel occipiam. Idem in Eunu-
cho: Que vera audiui, taceo et contineo optime. Audiui
pro audio, vel audiam. Publica lex.) Leges omnes, aut
diuine aut humane sunt: humane moribus, diuine natura con-
stant. Falsus lex diuina est, ius humana. Vit ergo et humana
e diuina lege hoc consistere, vt vitia fugiamus, neq; per igno-
rantiam excusamur. Teneat.) cognoscat. Inscitia.) mul-
titudine indocta. Inscitia debilis, eo quod ignorantia moris

les, imbecilles ac debiles contra cupiditates reddit. Di-
 luis elleborum.) Similitudine probat insipienti non licere
 vt velit viuere, neque ei libertatem cōcedere quenquā pos-
 se, quemadmodum medicinę ac nauigationis imperito, ne-
 que medicamentorum confectio, neque nauis gubernatio
 permittetur. Peronatus.) perone calceatus. Pero est cal-
 ceamentum rusticum. Vergilius: Crudus tegit altera pe-
 ro. Melicerta.) deus marinus. Frontem.) pudorem cui
 frons dicata est. Frontem aut faciem perfrieuisse dicuntur,
 qui pudorem omnem dedidicerunt, velut absterso manu a
 vultu pudore. Caluus: perfrica frontem, et dic te dignio-
 rem, qui pretor fieres, quam Catonem. Plinius in prefatio-
 ne: Perfricui faciem, nec tamen profeci. Effrons dicitur in-
 uerecundus. Persius imitatus videtur illud Horatii: Cla-
 ment perisse pudorem Cuncti pene patres. Recto vita-
 lo.) Id est, recta via et ratione, qđ a talo calcis osse transla-
 tum est. Talis enim et cruribus non abortis recte incedit.
 Ars, id est, virtus Augustino teste libro de ciuitate dei quar-
 to, ars ipsa bene recteq; viuendi virtus, a veteribus defini-
 ta est, vnde ab eo quod grece ἀρετή dicitur virtus, nomen
 artis latinos traduxisse putauerunt. Suberato auro.) cū
 es intus lateat, extrinsecus aurum videatur. Grece ὑπό-
 χαλκον χρυσίου, latine suberatū aurū: prouerbialiter dicitur
 de re minime sincera, sed aliud aspectibus offerenti, ali-
 ud intus clausum habenti. Creta.) Creta notantur bona,
 et que approbantur, carbone vero mala, queq; damnant.
 Pythagoras enim dicebat id quod esset colore cādido, ad
 boni naturam pertinere: quod atro, mali. Horatius in saty-
 ris: Sani, an creta, an carbone notandi. Inq; luto fixū.)
 De puerorum consuetudine tractum est, qui nummum fu-
 niculo annexum in lutosam viam iaciunt, vt si quis eum ca-
 piat, ad se retrahentes, illius auaritię illudāt. Horatius in
 epistolis: Quo melior seruo, quo liberior sit auarus, In tri-
 uis fixum cum se demittit ob assem, Non video. Gluto.)
 a glutiēdo, dicitur gulosus et vorax homo. Sorbere ad ni-
 miam gulositatem pertinet. Accidit autem gulosis, vt dū
 nimis auide iucundos cibos sumant, etiam saluam degluti-
 ant, quam nunc pro lucri cupiditate, metaphoricos ponit,
 cui Mercurius preest. Unde et Mercurialem vocat Hora-
 tius: Mercarier vnus Cum lucro noxam, vnde frequentia
 Mercuriale Imposuere mihi cognomen compita. Non ab-
 sarde referuntur hęc ad ficos Mercuriales, quos ioci cau-
 sa nonnulli salius oblinebant, vt ludibrio essent, qui subla-

Peronatus

Melicerta
prouerbiis

Effrons

Calius
Ars.prouerbia
prouerbiis

Gluto

Fic⁹ Mer-
curialis.

A. P E R S I I

tos auide deuozarent, quemadmodum nonnulli pueris fisci
saponis refertum porrigentes imponunt. Antiquitus autē
mos erat, sicubi ficus repertus fuisset, eū velut Mercurio
sacrum suspendere, quem tollere licebat cuiunque libitum
fuisset. Joue dextro.) fauente, propicio, prospero. No-
stre farine.) cōditionis. Translatio est a panibus, qui cum
eiusdem sint farine, eundem quoque saporem referunt. Si
autem ex purgatiore farina factus est, is est ceteris sapidior.
Eiusdem igitur farine dicuntur, qui simili sunt ingenio,
idemq; sapinnt. Pelliculam veterem.) veteris vitis pręte-
rtum. Fronte politus.) Exteriores specie ornatus. Simile
est illi prouerbio, paries dealbatus. Astutam vulpem.)
Fraudentam. Nemo nescit vulpem animal esse fraudu-
letum, vnde prouerbio dicitur: Benignior pellace vulpe, de
eo qui commodi sui causa simulat benevolentiam. Fu-
nemq; reduco.) in seruitutem redigo. Tractum a iumentis,
que laxato fune liberius vagantur. Bathylli.) Hic insi-
gnis pātomimus et saltator fuit. Sensus est: Quemadmo-
dum fossores inepti, z agrestes homines nulla in parte mi-
mos imitari sciunt, ita vitis dediti nequeunt vti virtutib⁹,
nec quicquam sapientię stultis conceditur.

prouerbiū

prouerbiū

prouerbiū
Bathylli.

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer,
Si increpuit, cessas nugator? seruitium acre
Te nihil impellit, nec quicq̄ extrinsecus intrat
Quod nervos agitet: sed si intus, & in iecore
ægro

Nascuntur domini, qui tu impunitior exis
Atq; hic, quē ad strigiles scutica & metus egit
herilis?

Mane piger stertis, surge inquit auaritia, eia
Surge: negas, instat, surge, inquit: non queo:
surge:

En quid agam? rogitas? en saperdam aduehe
Ponto,

Castoreum, stupas, ebum, thus, lubrica coa,

Tolle recens primus piper e sitiēte camelo,
Verte aliquid, iura. Sed Iuppiter audiet. Heu
heu

Vare regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages, si uiuere cum Ioue tendis.
Iam pueris pellem succinctus, & œnophorum
aptas

Ocyus ad nauē, nihil obstat, quin trabe uasta
Aegæum rapias, nisi solers luxuria ante
Seductum moneat, quo deinde insane ruis?
quo?

Quid tibi uis? calido sub pectore mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit urna cicutæ,
Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transstro? Veientanumq; rubellum
Exhalet uapida læsum pice sessilis obba?
Quid petis ut nummi, q̄s hic quincūce modesto
Nutrieras, peragant auidos sudore deunces?

~~Indulge genio carpamus dulcia, nostrum est~~ *hoc Epurii*
~~Quod uiuis: cinis & manes & fabula fies.~~ *uouu de Stoi*
~~Viue memor læti, fugit hora: hoc quod lo-~~ *uouu sententia*
Idē. bibe
quor inde est, *Indo post nou*
En quid agis? duplici in diuersum scinderis ha- *Nulla*
mo, *uoluptas.*

Huccine an hūc sequeris? subeas alternus optet
Ancipiti obsequio dños, alternus oberres.
Nec tu, cum obstiteris semel, instantiq; negaris
Parere imperio, rupi iam uincula, dicas.

A. P E R S I I

Nam luctata canis nodum arripit: attamen illi
Cum fugit, à collo trahitur pars longa catenæ:

Ecphrasis.

¶ Si dominus increpando dixit: serue vade, et defer strigiles ad balnea Crispini. nugator, es tardus: dura seruitus nihil perturbat animum tuum, nec aliquid intrat extrinsecus quod cruciet mentem: sed si domini nascuntur intus, et in iecore vitis corrupto, quomodo tu euadis minus punitus, quam hic puer, quem flagellum et metus domini impulit ad strigiles in balnea deferendas? Tu piger dormis mane, auaritia, inquit, surge. eia surge: si recusas surgere, instat. et inquit, surge. Respondes tu piger: Non queo surgere. Auaritia: Surge. piger: En quid agam? Auaritia: Queris ne quid agendum sit tibi? En aduehe ex ponto saperdam, castoreum, stupas, ebum, thus, coa vina ventrem laxantia. Tolle primus estibundo camelo reces piper. Muta aliquid, inra. piger. Sed si peierauero, Jupiter audiet. Ausritia: Heu heu stulte, minusque recte sentiens, si vis viuere ex deorum preceptis, perages vitam in magna rerum egestate, contentus terebrare digito salinum iterum iterumque gustatum. Poeta: Jam succinctus aptas seruis tuis manticam, et vasculum vinarium. Curritur ocyus ad nauem, nihil obstat quin raptum nauiges Aegeum mare, nisi cauta luxuria moneat prius te secretum, idque mitioribus verbis deinde quasi virili furore intumescens, quem vna cicute, non extinxerit, increpet: Insane quo ruis? quo? quid tibi vis? Tu ne celeriter nauiges trans mare? numquid coena sit tibi fulto fune nautico in trastro? et lata obba exhalet tibi vilissimum vinum, vapida pice corruptis? Cur petis, ut nummi, quos nutrieras hic modesto lucro, perficiant tibi magno labore grandes summas, quibus partis fias auarior? Uaca voluptati, fruamur dulcibus et iucundis, nobis debes quod vis, fies cinis, umbra et fabula. Uive memor mortis hora celeriter preterit: hoc temporis, quod loquendo consumo est de es. Poeta: En quid agis? scinderis duobus hamis in diuersum: Sequeris ne hunc dominum, an hunc? Oportet ut vicissim seruiens in certo seruitio, modo subiciaris huic, modo illi vicissimque dominis tuis apparens obedias. Et quis tu obliteris semel, ac recusaueris obsequi instanti imperio, ne tamen dixeris, rupi iam vincula, et liber euasi. Quem admodum nec caris si catenæ nodum lucrando abruperis,

quamuis fugiat, libera est, quia magnam partem catene a collo trahit, qua iterum paulo post capiatur: sic tu si semel atque iterum vitis obstiteris, non propterea te ab eis liberum esse putes, cum ab illis non multo post iterum illigeris.

Scholia

I puer.) Seruitutē corporis non tā graue q̄ animi esse docet. Dicit em̄: Si quid ab hero facere iussus sis, hęc seruit̄ corporea nihil animū tuū pturbat: at si animus tuus vitiorū seruitio subiectus est, vehemētius anger̄, quā is q̄ metu verberum hero paret.

Strigiles.) Strigilis seu strigil a strigendo, id est, radendo dicta, est instrumentum ferreum, q̄ sudantes raduntur in balneis ad detergendum sudorem.

Strigilis
Strigil

Mane piger stertis.) Lepidissime inducit auaritiam et luxuriam certatim hominem ad se allicientes.

En quid.) En particula est interrogatiua, sicut num, vnde, ecquis, nunqs.

En
Saperda.

Saperdā.) Saperda piscis mali saporis, gręce *καπρδία*.

Castoreum.) medicamentum est e testiculis castoris, quod vulgus beuerissimum vocat, hoc abundat Pontus, teste Virgilio.

Castoreū.

Uare regustatum.) Uarus dicitur cui crura sunt introsum introta. Transfertur hic ad animum.

Uarus.

Salino.) Salem lingere dicuntur, qui perquam tenuiter viciant.

Calido sub pectore mascula bilis Intu.) Magis placet hoc ad ipsam luxuriam referri, quam imitatione prodici sophiste, tanquam foeminam inducit.

proverbiū

Eam nunc cum mitioribus verbis hominem ab auaritia dimouere non potuerit, virili ira commotam exclamasse dicit: Quo insane ruis? re

liqua, quod miror enarratores non animaduertisse. Cicutē, hęc enim herba maximam refrigerandi vim habet.

Persę e-
narrato-
restaxant

Ueientanumq̄ rub.) Ueientanum vinum, pessimi saporis, in Ueientano Meturrię agro nascitur.

Uora.) Qui Ueientanum festis potare diebus Campana solitus trulla.

Rubellum autem a rubro colore diminutiuum est, rubet enim Ueientanum vinum.

Exhalet.) exhalando emittat.

Obba.) poculi lignei genus est obba, quę quum fundo latiore sit, eoq̄ sedere videatur, recte sessilis dicitur.

Obba
Quicunq̄

Quicunq̄.) Qui cunq̄ quinq̄ vncię sunt.

Auidos.) ab effectu, quod faciāt mortales pecunię auidiores, iuxta illud: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Sudore.) nam qui i maiori lucro inhiant, maiores quoq̄ labores ac pericula suscipiunt.

Quidam legunt sudare, hoc est, sudando reddere vel cum maiori sudore discrimineq̄ parare.

A. P E R S I I

proverbiū unū, undecim uncias cōtinet, quasi vna uncia ex esse dem-
pta. Indulge Senio.) Indulgere Senio, est animo obseq̃.
Defraudare Senium, negare naturę quod appetit. Senia-
lis dies letus & voluptuarius. Senialiter viuere, molliter
& lante. Nostrum est quod vi.) mihi debes vitam: nam ci-
tra voluptatem, vita non est vita. Cuius & manes.) Illud
affert ad persuadendum, quod pleriq̃ cantant e Cyrenai-
ca schola depromptum: Scimus & bibamus, cras enim mo-
riemur. Uive memor loeti.) Horatius in sermonibus:
Carpe viam mihi crede, comes, terrestria quando
Mortales animas viuunt sortita, neq̃ vlla est
Aut magno aut paruo loetifuga: quo bene circa
Dum licet, in rebus iucundis uive beatus,
Uive memor quam sis qui breuis.

Martialis:

Frangere thoros, pete vina, rosas cape, tingere nardo.

Ipse iubet mortis te meminisse deus. Idem.

Uive velut rapto, fugitiuaq̃ gaudia carpe.

Duplici hamo.) duplici captiuitate. Metaphora est a pi-
scibus sumpta, qui hamo capiunt̃. Subeas alternus) p vā-
ces modo auaritię, modo luxurię seruiens. Qui, in Fastis:
Querere vt absument, absumpta requirere certant:

Atq̃ ipse vitis sunt alimenta vices.

Daue, cito hoc credas iubeo: finire dolores
Præteritos meditor, crudum Cherestratus un-
guem

Abrodens ait hæc: an siccis dedecus obstem
Cognatis? an rem patriam rumore sinistro
Limen ad obscœnū frāgam, dū Chrysidis udas
Ebrius ante fores extincta cum face canto?
Euge, puer, sapias, dijs depellentibus agnam
Percute. Sed censen' plorabit Daue relicta?
Nugaris, solea puer obiurgabere rubra,
Ne trepidare uelis, atq̃ arctos rodere casses.
Nunc ferus & uiolens: at si uocet, haud mora,
dicas.

Quidnam igitur faciam? nec nunc, cum accer-
 far, & ultro
 Supplicet, accedam? Si totus & integer illinc
 Exieris, nunc nunc, hic hic, quē q̄rimus, hic est,
 Non in festuca lictor quam iactat ineptus.

Ephrasia.

Cherestratus abrodens crudum unguem, & meditabun-
 dus ait hęc ad Dauum seruū suum: Daue, volo vt cito mi-
 hi hoc q̄d iā dicā credas. Meditor finire dolores, q̄s ante
 hac passus sum. An obstē dedec^o cognat̄s meis sobrijs. An
 diminuum patrimoniu meū nō sine infamia in meretricia
 domo, dum ebrius canto ante fores Chrysidis ungento
 madidas cum face extincta? Puer, i. seruus, Dauus respon-
 det: Euge macta agnam Castori & Polluci d̄js stultitiam
 amouentibus, vt sapias. Cherestratus: Sed Daue num ex
 istinas Chrysidem ploraturam, cum fuerit a me relicta?
 Dau^o: Nugaris, tu tanq̄s puer castigaber̄ a Chryside ru-
 bra solea, vt nō ausis postea moueri, & tradere arctos cas-
 ses. Nunc es ferus & violentus, sed si Chrysis te reuocet,
 mox dicas: Quid igit̄ faciam? Non eam, ne nūc quidē, cū
 accersor ultro, & ipsa mihi supplicat? Poeta: Si euaseris to-
 to & integro animo ex amore illius meretricis, nunc nunc,
 hic hic, vera libertas quam querimus est, non autem in vin-
 dicta prętoris, quā ineptus lictor iussu prętoris inicit ma-
 numittendo.

Scholia.

Daue cito.) Ostendit meretricio captos amore nō esse li-
 beros. Inducit aut̄ Cherestratū amicam Chryside relin-
 quere meditantem, orta inter eos dissensione, cū Dauo ser-
 uo colloquentem, quod ex Menādri poetę fabula sumptū
 est. Cherestratus interpretat̄ captor seu mancipator exer-
 citus: quo nomine significant poetę sepe numero eum, q̄ mi-
 lites vincit, & exercitui imperat, ab circumfusus vndiq̄ vo-
 luptatibus vinci & libidinibus, seruire turpissimam seruitu-
 tem Unde est illud, Omnia qui domuit, Veneri seruiuit et
 ire. Chrysidis.) Chrysis ab auro nomen habet vel quod sit
 aurea, id est, pulchra, vel quod auro semper inhiet. Udas,
 ppter ungenta quibus amatores amicę fores oblinebant.
 Puer, si est nti casus, Dau^o seruus significat̄, subauditurq̄
 r̄ndet: si vocatiui. Cherestratus a Dauo puer vocat̄, quod
 non plus puero sapiat. D̄js depellentibus.) Castor & Pol-

Cherestra-
 tus.

Chrysis.

D̄js depel-
 lentes.

A. P E R S I I

lur diſ depellentes dicuntur, quod triſtia depellant & nocē
tia amoueant. Trepidare, moueri, agitari, quemadmodum
ſolent fere caſſibus implicare. Rodere caſſes. Translatū
a feris, quę irretite, dentibus caſſes rodunt. Belle autē tur
pem amorem retibus comparauit, quemadmodū & Lucre-
tius: Nam vitare plagas in amoris ne iaciamur, Non ita
difficile, quam captum retibus ipsis Exire, & validos Ue-
neris perumpere nodos. Nec nunc. Nec legendum, non
ne. Imitatur illud Horatii: Nec nunc me cum vocet vltro
Accedam, an potius mediter finire dolores? Nec nunc ac-
cedam? cum interrogatione pronūciandum eſt. & eſt ſenſus:

Supplico

An etiam non accedam, nunc Chryſida, cum accerſar ab
ea, & ipſa vltro ſupplicet mihi? Supplices. Supplico, cō
poſitum eſt ex ſub & placo. Qui enim ſupplicat alteri, eū al-
quantulū placat, auctore Feſto: veteres dixerunt, ob vos ſa-
cro, pro vos obſecro, ſub vos placo pro ſupplico. Nunc
nunc, hic hic.) Ex ingenti letitia quaſi re diu multumque
queſita, tandem inuenta, proclamans eleganter aduerbis
geminauit repetiuitq;. In feſtuca. Auctore Herm. Barb.
differunt fiſtuca & feſtuca. Fiſtuca instrumenti nomen eſt,
quo ſiguntur pangunturq; in terram ſublicę, paliq;. Feſtu-
ca vero dicitur, & arboris nouelle, omninoq; infantis cuius
que ſati pullulus, vt Auguſtino quoq; placet. Ineptus, non
aptus libertatem veram miniſtrare.

Fiſtuca.
Feſtuca

Ius habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio: uigila, & cicer ingere large
Rixanti populo, noſtra ut floralia poſſint
Aprici meminiffe ſenes. quid pulchrius? At cū
Herodis uenere dies, unctaq; fenestra
Diſpoſitę pinguem nebulā uomere lucernę,
Portantes uiolas, rubrumq; amplexa catinum,
Cauda natat thynni, tumet alba fidelia uino,
Labra moues tacitus, recutitaq; ſabbata palles,
Tunc nigri lemures, ouoq; pericula rupto,
Tunt grandes Galli, & cū liſtro luſca ſacerdos
Incuſſere deos inflantes corpora, ſi non

Prædictum ter mane caput gustaueris alli.
 Dixeris hæc inter uaricosos centuriones,
 Continuo crassum ridet Vulplenus ingens,
 Et centum græcos curto centusse licetur.

Ephrasia.

Numquid liber ille est adulator, quem candidatum et honoribus inhiantem trahit ambitio? Fungitur autem ea hoc modo adhortari ambitiosum. Vigila, etingere copiose legumina populo rixanti, ut senes apricantes possint meminisse nostra floralia. Quid possit esse honestius? poeta: Sed cum Iudeorum feriæ venerunt, et lucernæ violis ornate dispositæ in fenestra oleo puncta exhalarunt pingues vapores et cauda thynni amplexa rubrum catinum natat, et alba fidelia vini plena est, tacitus oras, et ob ieiunium Iudaicis sabbatis seruatum palles. Tunc nigri lemures, et pericula quæ timentur, si putamen oui cineribus impositi ruptum fuerit, tunc maxime venerandi Cybeles sacerdotes, et lusca sacerdos Isis cum sistro, metum deorum corpora variis morbis infantium, incusserunt, si non gustaueris ter mane caput alli, prædictum tibi a sacerdotibus. Si dixeris hæcque ad veram libertatem pertinent inter laboriosos milites, statim magnus Vulplenus ridet vehementer, et centum philosophos vix centum assibus æstimat.

Scholia.

Jus habet.) Legitur in quibusdam exemplaribus, Jus ne habet. Hoc loco ostendit ambitiosos non esse liberos, sed turpiter honorum cupiditati seruire. Palpo adulator. Palpari adulari. Lucilius: Hic ubi me videt, subblâditur, palpo palpatur, caput scabit. Cretata, eo quod petitores magistratum candidati comitijs in campum Martium descendebant. Vigila.) Verba sunt ambitionis ducentis ambitiosum. Cicer ingere, large.) Imitatio est Hora. In cicere atq; faba tu perdas atq; lupinis. Floralia, ludi in honore flore. Thynni.) Thynnus genus est piscis: Recutita.) Recutiti dicuntur, quibus noua cutis contigit. Martialis: Nec rupte recutita colla mule. Recutiti dicuntur Iudei, quia circumcisi sunt. Lemures spiritus terrifici, larue nocturne. Salli sacerdotes matris deorum. Ostendit autem superstitiosos minime esse liberos. Cum sistro.) Sistrum

A. P E R S I I

Varicosus. est instrumentum sonorum, quo in sacrificiis Isis Aegypti sacerdotes utebantur. Varicosos, laboriosos et duros.
Varices. Varices enim sunt eminentiores vene in corpore, que interdum stantibus, nimiumque laborantibus oriuntur. Vulpleni
Vulpleni. us, nomen fictum a poeta, quasi vulpis plenus. Curto, non in tegro. Centusse.) Centussis precium dicitur centum assium.
Centussis

A R G V M E N T V M.

Ultima perparcum satyra insectatur auarum.

S A T Y R A S E X T A.

Admouit iam bruma foco te Basse Sabi-
no?
Iam ne lyra & tetrico uiuunt tibi pectine chor-
dae?
Mire opifex numeris ueterum primordia uocum,
Atque marem strepitum fidis intendisse Latinae,
Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honesto
Egregios lusisse senes? mihi nunc Ligus ora
Intepet, hybernatque meum mare, qua latus ingens
Dant scopuli, & multa littus se ualle receptat.
Lunai portum (est operae) cognoscite ciues.
Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse
Mæonides, quintus pauone ex Pythagoræo.
Hic ego securus uulgi, & quid præparet auster
Infelix pecori: securus & angulus ille
Vicini, nostro quia pinguior, & si adeo omnes
Ditescant orti peioribus, usque recusem

Curuus ob id minui senio, aut cœnare sine un-
cto,

Et signum in uapida naso tetigisse lagena.

Ecphrasis.

Nūc te Basse brumale frigus admo nit iam foco Sabino?
Mire artifex ad intendēdū numeris antiquas, et que pasci?
Italię gentibus in usu fuerunt, voces ac virilem minimeq;
eneruatam latine lyre cantum: et ad agitandum mox iue-
niles iocos atq; ad canēdum perito pollice egregia sensū fa-
cinora, num lyra et fides resonant iam tibi tetrico pectine?
Mihī nunc Ligurię extremitas aerem temperatum prebet
Ligusticum, prope quod natus sum, hybernandi locum,
concedit in ea parte, qua excelli montes magnum latus, et
littus multis vallibus recurvatur, Ociues, cognoscite por-
tum Lunensem, id enim est opere precium. Ennius corda-
tus inbet hoc, postq; excitatus est e somno, quo sibi visus ē
esse Homerus, quint^o ex pavone Pythagoreo. Ego secur^o
vulgi hic, et quid noxius auster preparet pecori: et securus
quod ille angulus vicini sit fertilior meo, tametsi omnes pe-
iori genere nati multum ditescant, tamen nolum incurvat^o
confici semper tristitia ob id, aut cœnare sine delicijs, et
Gere naso signum in vapida lagena.

Scholia.

Admouit.) Cesium Bassum poetam lyricum Persius in-
terrogat, num in Sabinis hybernet, et ad lyram quappiam
canat: aitq; se apud Lunensem portum quietam et securam
vitam agere. Mox auaros insectatur, eorum irridens amē-
tiam, qui ut hereditibus suis plurima relinquunt, genium su-
um defraudantes, sordide viuunt Tetrico Sabino.) Tri-
sti severo, a Sabinorum monte asperrimo, cui nomen Te-
tricus. Licet aut cōiungere tetrico tibi, vel tetrico pectine.
Numeris versibus. Veterum primordia.) quidam accipi-
unt carmina, que oratione soluta sunt antiquiora, sed cum
modo numeris diceret, malo antiquas Sabinorum eorum
que qui Latium coluerunt, voces accipere, que in hymnis
et lyricis carminibus probantur, Marem strepitum, mascu-
lum et virilem cantum, substantiuum pro adiectiuo posuit,
ut supra, Heroas sensus, et apud Horatium in arte poetica
idē factū videm^o. Tyrtęusq; mares aios in Martia bella
Versibus exacuit. Intendisse, intēdere, hoc est, intēris fidi-
b^o canere. Deū mare, Ligusticū. Vides em significare se eē

Tetricus.

Substan-
tiuū p ad-
iectiuo.

A. P E R S I I

Lunus.

Ennii
tria corda
Mœoni-
des.

Lunensem, tametsi Eusebius & alij quidam Clolaterranum existimēt. Lunai, lunę, vt aulai. pro aule. Lunnę portus in Liguria est, cum oppidum eiusdem nominis, alto monte separatum, sit in Vetruria. Est autem hic versus Ennii, in quo quidam legunt cognoscere pro cognoscite. Cor iubet hoc Enni. Videtur alludere ad hoc, quod Sallio referente, Q. Ennius tria corda habere sese dicebat, quod loqui gręce et osce et latine sciret. Mœonides. Homerus a Mœone vel patre, vel educatore. Ennius in principio annalium suorum, vt refert Porphyrio, somnio se scripsit admonitum, qđ secundum Pythagorę dogma, anima Homeri in suum corp⁹ venisset. Unde Horatius in epistolis: Ennius et sapiens, et fortis, et alter Homerus, Ut critici dicunt, leuiter curare videtur, Quo promissa cadant, et somnia Pythagorę.

Quintus. Obiter irridet opinionem Pythagorę, qui dixit animas ex alijs corporibus in alia trāsmigrare. Quidā tradūt animam Euphorbi, in Homerum, Pythagoram, pauenem et Ennium trāsisse, vt ita quintus sit Ennius ex pauenone Pythagoręo, hoc est in quo fuit anima Pythagorę. Alij tradūt animā ex pauōe in Euphorbū, ex hoc in Homerum, inde in Pythagoram, hinc in Enniū venisse, vt ita quintus sit Ennius. Quintus etiam est pręnomen Ennii, vnde quidam sic hunc locum exponunt, Postquam quintus, id est, Ennius ipse destertuit esse Mœonides, hoc ē, desit somnare se esse Homerū, et accepisse Homericam animā ex pauenone Pythagoręo, i. ex corporibus Pythagorę & pauenonis.

Discrepet his alius, geminos horoscope uaro
Producis genio: solis natalibus est qui
Tingat olus ficcū muria uaser in calice empta,
Ipse sacrum irrorās patinæ piper: hic bona den
te

Grandia magnanimus peragit puer: utar ego,
utar,

Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem solers turdorum nosse saliuam?
Messe tenuis propria uiue, & granaria (fas est)

Emole, quid metuas? occa, en seges altera in her-
ba est.

Aduocat officium, trabe rupta, Brutia saxa
Prendit amicus inops, remq; omnem, surdaq;
uota

Condedit Ionio: iacet ipse in littore, & una
Ingentes de puppe dei, iamq; obuia mergis
Costa ratis lacera: nunc & de cespite uiuo
Frange aliquid, largire inopi, ne pictus oberret
Cærulea in tabula. Sed coenam funeris hæres
Negliget iratus, quod rem curtaueris, urnæ
Ossa inodora dabit: seu spirent cinnama surdū,
Seu ceraso peccent casia, nescire paratus.

Tu ne bona incolumis minuas? sed Bestius ur-
get

Doctores Graios: ita fit, postquam sapere urbi
Cum pipere & palmis, uenit nostrum hoc ma-
ris expers,

Fœniseæ crasso uitiarunt unguine pulles.

Ephrasia.

Alius dissentiat ab his moribus et studiis nostris. *¶* Et
gemini sub eodem horoscopo nati, dissimili sunt ingenio.
Est aliquis qui uaser tingat solis natalibus olus siccum vi-
li liquaminis genere empto in calice, que muria dicitur, ipse
tanquam sacrum et non attingendum piper ad similitudinē
roris inspergens patinē. Alius audax puer dentibus consu-
mit grandia bona. Ego uero rebus meis utar, utar inquit,
nec ideo lautus ero ad apponendum libertis meis rhombos
bos pisces apprime preciosos, nec solers ad cognoscendum
tenuem turdorum saporem. Uine pro qualitate et conditio-
ne prouētus tui, et emole frumentum in granarijs repositū.
fas est id facere, quid timeas? diminue rē, et egenis distri-

h

A. P E R S I I

bue, en altera seges est in herba. Amicus inops implorat officium tuum. nauis enim fracta, apprehēdit saxa Brutū lit toris, et condidit in Ionio mari omnia bona, et vota supe ris non exaudita. Ipse iacet in littoze, et simul cum eo ma gna deorum simulacra de puppe erepta, iamq; pars fractę nauis occurrit mergis, z alijs auibus aquaticis. Diminue nunc aliquid, non solum de re ditibus, sed etiam de virenti agro quem possides, largire inopi amico, ne ferens naufra gium in tabula depictum, oberret ad stipem vndique corro gādam. Sed heres iratus, quod diminueris rem, negliget epulum funebre, et committet vrne ossa tua vnguento non perfusa: paratus nescire, siue cinnama spirent odorem qui vix sentiat, siue cassę ceraso sint adulteratę. An deceat te incolumem diminueri bona? Sed Bestius accusat philoso phos. Ita fit, postquam hęc nostra sapientia citra nauigati onem et maris periculum parata, inuecta est vrbi cum saporis mercibus. pipere et palmis, foenisece vitiarūt crasso vn guine pultes, ita vt suum vix saporem retineant.

Scholia.

Horoscop⁹ Horoscope varo (Pr.) Horoscopus ab astrologis dicitur
prouerbiū id temporis momentum, quo quisq; nascitur, quasi horę in-
prouerbiū spectio z notatio. Saluam.) saporem, gustum. Saluam
imbibere, est gestui assuescere. Messe tenus propria viue.
Occare. Id est, sumptum facito, pro modo facultatū tuarum. Oc-
In herba ca.) frange, diminue. Occare est glebam occidere z commi-
prouerbiū nuere. In herba est, id est, herbescit, surgit z spem frumen-
ti ostēdit. Paulo aliter Onidius in epistola Helenes ad Pa-
Surdum herba est, id est, spes tua nondum certa est, sed varijs ad-
spirare. huc casibus z periculis exposita. Surdum.) Spirare sur-
Bestius. dum dicitur, cuius odor vix sentitur. Bestius.) nomen in-
foenifeca. clinatum a bestia, quo et Horatius vtitur. Foenifeca.)
Foenifeca dicitur qui foenum secat.

Hæc cinere ulterior metuas? at tu, meus hæres
Quisquis eris, paulum à turba seductior audi:
Obone, num ignoras? missa est à Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma

Iam chlamydes regū, iam lutea gausapa captis.
 Elledaꝫ; ingentesꝫ; locat Cæsonia Rhenos.

Dñs igitur genioꝫ; duciscentum paria, ob res
 Egregie gestas indico, quis uetat? aude,

Væ, nisi conniues: oleum, artocreasꝫ; popello
 Largior, an prohibes? dic clare: non audeo in-
 quis,

Exossatus ager iuxta est: age si mihi nulla

Iā reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis

Nulla manet patrui, sterilis matertera uixit,

Deꝫ; auia nihilum superest, accedo bouillas,

Cliuūꝫ; ad Virbi, præsto est mihi Manius hæ-
 res

Progenies terræ, q̄re ex me, quis mihi quartus

Sit pater, haud prompte, dicam tamen, adde
 etiam unum,

Vnum etiam, terræ est iam filius, & mihi ritu

Manius hic gñis prope maior auunculus exit,

Qui prior es, cur me in decursu lāpada poscis?

Ecphrasis.

O auare qui studes hēredi plurimum relinquere, tu ex-
 tendens cogitationem et curam tuam vltra mortem ac ci-
 nerem, in quem resolveris, metuas hęc, ne hēres tibi irat⁹
 negligat coenā, curamꝫ; funeris, et ea quę ad honorificas
 pertinēt exequias. At quicumque eris meus hēres, secrete
 paululum a turba audi: O bone num ignoras? laurus missa
 est a Cæsare ob insignem cladem Sermanorum, et frigidus
 cinis excutitur aris, ignisꝫ; paratur ad sacrificandum: Cę-
 sonia mulier Caligule imperatorū charissima, disponit iā po-
 stibus templi arma, et chlamydes regum, et captiuis gau-
 sapa crocei coloris et elleda, procerosꝫ; Rheni accolas.
 Solēni igitur ritu me sacrificaturum profiteor sacrificium

b ij

A. PERSII

ducentarum victimarum dñs, et genio imperatoris ob res egregie gestas. Quis prohibet? aude vetare mihi, ne hoc faciam. Ue tibi, nisi permittis. Largiri volo plebi oleum, et artocreas, an prohibes? dic clara voce: non audeo, inquis, prohibere, quo minus facias, ne saxis cedat, quorum plenus ager propinquus est. Age si nulla ex amitis iam reliqua est mihi, nulla patruelis, nulla pneptis patrui manet, si mater tera vixit sterilis, et nihil de auia superest, accedo Bouillas, et ad Cluuium Urbij, Manius terre filius presto est heres mihi. Quare ex me quis abanus mihi sit, hand propte quidem, tamen dicam tibi. Quod si atauum, tritauumque addideris, ad eum tandem venies, cuius pares ignoretur, at que ob id terre filius habeatur. Et ita hic Manius quem dixi terre filium, euadit mihi prope maior anunculus ritu generis. Cur tu, me natu grandior, meam captas hereditatem, cum tuam expectare potius debeam?

Scholia

- Sausapa.** qui extenditur ultra mortem et bustum. **Sausapa.** genus stramenti villosi, quo milites in castris vtuntur, et genus vilis indumenti. **Esseda.** Essedum genus vehiculi gallici. Vergilius. Belgica vel molli melius foret esseda collo.
- Rhenos.** Rhemi accolae, Germanos et Gallos. **Indico.** legitur et induco. **Indico,** id est, solenni ritu me sacrificaturum profiteor. Si placet induco, subintellige ad sacrificandum. **Artocreas.** Artocrea est genus cibi ex pane et carne, quod compositio indicat. $\alpha\rho\tau\theta$ enim panis, $\alpha\rho\tau\epsilon\varsigma$ caro dicitur. **Dic clare.** Uisus est heres egroto animo id tulisse, ac propterea frontem aliquantulum contraxisse. Quare eum clarius atque apertius loqui iubet. **Non audeo, inquis.** Bisaria hic versus bonus defenditur: aut enim in quinta sede pæan primus est, diphthongo in duas diuisa syllabas, ut apud Catullum: Si linguam clauso tenes in ore: aut dactylus, ut etiam e abijciatur: quemadmodum apud Vergilium: *Pendent lychni laquearibus aureis.* Et apud alios nonnunquam. Primum autem pæana in quinto loco versus hexametri inueniri docuimus in rudimentis artis versificatione. **Age si mihi nulla.** Tacite obiectioni respondet. Nam dicere potuisset: Si patrimonium dissolues, propinquum heredem non inuenies. **At ergo qui suam hereditatem adeant, non defuturos.** **Bouillas.** Bouille vicus inter urbem Romam et Arriam in via Appia, in quo cæci et mutilati corporis homines mendicabant. **Cluuiumque ad**

Virbi.) Alij clium Virbium in vrbe accipiunt, proximum Cyprio vico, alij clium Aritinum, vbi Virbius. i. Hippolytus a Diana in vitam reuocatus, versarisolitus traditur. Manius.) Manius prenomen est eius qui mane natus est. Manius quidam consecrauit Dianę Aritinę lucum Aritinum, a quo Manio multi et clari viri orti sunt, et per multos annos fuerunt, vnde prouerbium inuulgatum est: Multi Manij Aritinę. Ad hoc prouerbium nunc clanculum alludit Persius, qui cum de cliuo Aritino loquitur. Manium potius quam alium non temere dixit. Progenies terre.) Olim homines obscuro ignotoque genere prognati, terre filij dicebantur, propterea quod terra sit omnium communis parens: vel quod iuxta quorundam etiam historiam, primitus mortales e terra nascebantur. Marcus Tullius ad Atticum: Et huic terre filio nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Maior auunculus. vt scribit Festus, dicitur aui et auique auunculus. Qui prior es c. m. i. d. l. p.) Assidue sunt hominum vices, et primus impellitur a secundo, non aliter quam in ludo Promethei et Cereris, vt quidam volunt, primus decurrens dat lampada secundo, secundus tertio, tertius quarto. et sic deinceps. Hęc decursio significabat humanę vite mutationem et vicem perpetuam esse. Lucretius libro secundo: Inque breui spatio mutantur secula animantum. Et quasi cursores vitę lampada tradunt. Hinc prouerbium: Cursu lampada trado, id est, partes quasi successione in alium atque alium transfero.

Clius
Virbi
Manius

prouerbis

prouerbis

Maior auunculus.

prouerbis

Sum tibi Mercurius, uenio deus huc ego, ut ille
Pingitur. an renuis? uin' tu gaudere relictis?
Deest aliquid summę, minui mihi, sed tibi totum
est

Quicquid id est, ubi sit fuge querere, quod mihi
quondam

Legarat Stadius, neu dicta repone paterna.

Fœnoris accedat merces, hinc exime sumptus.

Quid reliquum est? reliquum? nunc nunc impē
sus unge:

h iij

A. P E R S I I

Vnge puer caules, mihi festa luce coquatur
 Vrtica, & fissa spumosum sinciput aure,
 Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis,
 Cum morosa uago singultiet inguine uena,
 Patritiæ immeiat uuluae? mihi trama figuræ
 Sit reliqua, ast illi tremat omento popa uenter?
 Vende animam lucro, mercare, atq; excute so-
 lers

Omne latus mundi, ne sit præstantior alter
 Cappadocas rigida pingues pauisse catasta,
 Rem duplica. feci, iam duplex, iam mihi quar-
 to,

Iam decies redit in rugam: depinge ubi sistam
 Inuentus Chrysippe tui finitor acerui.

Ephrasia.

Sum Mercurius, tibi ego venio deus huc, sicut ille pin-
 gitur. An renuis accipere que tibi affero? vis ne tu gaude
 re bonis, que reliquero? Heres: Aliquid deest summe. Per-
 sius. Minui mihi, noli querere ubi sit id quod Stadius lega-
 uerat mihi quodam, neue renoua mihi verba patris. Mer-
 ces foenoris addatur sorti et principali summe, exime impẽ-
 sas tuas ex ipso foenore. Heres: Quid reliquum est? Perfi-
 us: Queris quid sit reliquum? o famule, vnge nunc nunc sum-
 ptuosus caules, vnge inquam. An mihi vrtica feriato die
 coquatur, et funosum sinciput aure fissa, ut iste tuus nepos
 satur olim iecore anserino, rem habeat cum foemina patri-
 ti generis, quando venerea libidine quatietur? An mihi
 macilentissima cutis sit reliqua, at venter consumptor tre-
 mat illi pinguedine? Heres: Vende animam tuam lucro, mer-
 caturam exerce, atq; solers disquire omne latus mundi, ne
 alter sit te præstantior ad pascendos pingues seruos in rigi-
 da catasta. Duplica rem tuam, Persius: Feci, iam res mea
 est duplex, iam multiplicatur mihi quarto, iam decies. O
 Chrylippe qui es inuentus finitor tui acerui, depinge mi-
 hi ubi sistam.

Scholia.

Sinciput.) proprie est anterior pars capitis, cui cerebrum subditum est. Accipitur pro toto capite et hic et apud Juvenalem: Comedam, inquit, flebile nati sinciput elixi.

Nepos.) cum filium filii dicere videatur, alludit ad id quod nepos etiam consumptorem et prodigum significat. **Po-** **Nepos**

pa.) consumptor, vorator. **Popa** dicitur victimarius, id est, **Popa** qui victimas ad altare ligat et ferit. Helius Spartianus:

Percussit hostiam popa nomine Antonius. Hic accipitur auctore Hermolao Barbaro pro heluone voratoreque ac phagone. Quidam hic pro illi legunt ille, ut sit ordo et sensus:

Est popa, id est, pinguis, et venter, i. heluo, ac gulosus tremat omento. Uende animam lucro.) Mihi pace aliorum

videntur hec esse auari heredis verba ad Persium. Dicit enim hoc, non solum corpus emaciandum est propter lucrum et opulentię famam, sed et anima vendenda est. **Cappado**

cas.) seruos, qui ex Cappadocia multi aduehebantur. **Un** **Cappado** **de** **Horatius:** Mancipius locuples, eget eris Cappadocum **ces.**

rex. **Catasta.**) locus est in quo serui venales exponunt. **Catasta**

Rem duplica.) Auarus heres Persii reprehensione non deterritus, sed eandem canens cantilenam, hortatur ut rem non solum non minuat, sed etiam negociando geminet. **Re-**

spondet Persius illudendo ei, feci: Hoc est, rem meam, id est, satyricum versum geminaui, et est iam duplex, et iam mihi

hi quarto multiplicatur, hoc est, sunt octo. duo enim quater sumpta, octo sunt, et iam redit in rugam, id est, multiplicatur decies, suntque octoginta versus huius satyrę, qua tantur ausri. Octo enim decies multiplicata, sunt octoginta, quot sunt huius satyrę versus. **Obiter** cum aliud poeta

dicere videatur, auarum irridet, quin infinitum opes suas augere studet **Depinge vbi sistam.**) Latenter ostendit in omnibus rebus modum esse seruandum. **Acerui.**) **Aceruis**

hic dicitur argumētatio acerualis, gręce sorites. Hunc peculiariter Chrysippus coluit et celebravit. Est igitur sensus: **O** Chrysippe Stoicorum acutissime, qui aceruum tuum

tametsi longius progrediendo vix conclusionis modum inuenires, aliquando tamen finiisti, depinge tu mihi modum rei meę geminandę, hoc est, satyrę concludendę. Recte autem

utitur apostropha ad Chrysippum Stoicum, cum ipse in hoc opere maxime Stoicos imitetur. De aceruo meminit et Martianus Capella: Chrysippus cumulet, proprium

consumat aceruum.

FINIS.



SVM

~~Ex Libris Michaelis Vucelij~~

SVM
Ex Libris Henrici Spangob

*O mihi saepe longa manus
parca mihima dicitur
quod sit iactura jopul sui*

*Ipsi haec vniuersis musis comitatae homere.
Si nihil attuleris vbi homere
feras*

37 $\frac{1}{1,13}$

X 1918137



